

[Deutsche Entomologische Zeitschrift XXII. 1878. Heft II.]

Europaeae et circummediterraneae Faunae
Heteromerum specierum,
quae Comes Dejean in suo Catalogo, editio 3^a, consigna-
vit, ex ejusdem collectione in R. Taurinensi Musaeo
asservata, cum auctorum hodierne recepta denomina-
tione collatio.

Auctore

Flaminio Baudi a Selve.

Pars sexta.

PYROCHROIDAE Lacord.

Pyrochroa coccinea Fabr. Germ., Suecia = *P. ead.* Lin.

P. rubens Fabr. Parisiis, Austria, Helvet. = *P. serraticornis* Scop., *rubens* Fabr.

P. pectinicornis Fabr. Suecia, Finlandia, Germ., Volhynia = *P. ead.* Fabr.

P. fuscicollis Dej. Kamtschatka Mannerheim et Ménétries = *P. ead.* Mannh. ♂♀ sin propria sp., distincta saltem *pectinicornis* var. thorace subtilius, vix interrupte canaliculato, nigro, margine basali, lateribus etiam interdum obsolete rufescens: mas insuper antennarum art. ultimo paulo longiore, abdominis segmento ventrali quinto apice paulo profundius emarginato differt. Consimile spec. in Alpibus maritimis et ipse legi, sibiricis consonum. ')

) *Dendroides Ledereri* Ferrari Smyrnam circa et a. D. Truqui inventus.

Obs. Ex Doctoris L. v. Heyden admonitu (Deutsche Entom. Zeitschr. 1877. p. 191) *Diaperis boleti* varietates *quercana* et *morio* Stenz in coll. Dejean, de quibus (ibid. 1876. p. 228) quaedam retuli, nonnisi quam artefacta habenda; id verum fortasse pro parte: hoc tamen animadvertis una vice, eodem in boleto, plura reperisse hujusce *Diaperidis* specimina; cum normaliter coloratis, nonnullis elytrorum fasciae prorsus obscure ferrugineae vel confusae, unico ex

MORDELLIDAE Lacord.

*Anaspis*²⁾ *frontalis* Fabr. Suecia, Parisiis, Austria, Tauria Steven = *A. ead.* Lin. ♂♀.

Ead. Dalm. = *A. ead.* ♀ minor et *A. pulicaria* Costa ♂♀ quibus commixtum *Silariae brunnipedis* Muls. foeminum specimen.

Ead. var. Austria = *A. ead.* var. *lateralis* Fabr. ♂♀.

Ead. var. Gallia mer. = *A. (Silaria) brunnipes* Muls. ♀, *A. pulicaria* Costa ♀ et *A. melanostoma* Costa ♂; Italia superiore prima, tota Italia altera frequens, tertia rarius poenes nos obvia: alpina praesertim *brunnipedis* var. *fuscipes* Muls.

Ead. var. b. Gyll., *rufilabris* St., *atra* Fall. Suecia = *A. rufilabris* Gyll. ♂♀.

A. pulicaria Fröhlich Styria = *A. ead.* Costa ♂ et *A. (Silariae) palpalis* Gerhardt duo mares³⁾.

A. pygmaea Dej. Dalm. = *A. labiata* Costa.

A. nigra Megerle, Fabr. Austria, Parisiis et Gall. mer. = *A. (Silaria) brunnipes* Muls. ♀, *varians* Muls. et *pulicaria* Costa minores ♂♀.

Ead. var. *depressa* Schüppel Germ. bor., Trieste Ullrich = *A. (Silaria) brunnipes* Muls.

hisce fascia antica fusco - ferruginea, parum definita, postica fere nulla, vix aegre conspicibili: corporis forma caeterum ut in genuinae *boleti* sobole identica.

Pulcherrima e converso varietas (de qua in Bullet. Soc. Ent. ital. 1876. p. 103) copiose in Siciliae montibus Neptuniis collecta, maturis adamussim speciminibus color corporis rufo-ferrugineus vel laete rufus, elytrorum fasciis pallidioribus aut flavis, vel rufo-testaceus, fasciis interdum obsoletis.

Uloma crenulata m. Cypro (ibid. p. 230) = *U. cypricus* All. (Abeille 1876. p. 21) = *U. cyproea* Kraatz (Berl. Entom. Ztschr. 1873. p. 196).

²⁾ Praeclarri Doctoris Emery optimo monographico opere suppeditatus, ejus exemplo ordinem methodicum in hujuscet familiae dispositione invertere malui.

³⁾ Alpibus maritimis, Apenninis centralibus nec non Italia media, Insubria atque Tyrolo passim obvia species, quam et ipse in coll. eodem nomine donaveram; pictura poenes nos plerumque dilutior.

Anaspis brunnea Dej. Parisiis, Gall. mer. = *Pentaria badia* Rosenb.; complura specimina quibus accedunt *A. pulicariae* immatura foemina atque *A. maculatae* varietas elytris concoloribus. *P. badiae* e Gall. mer. nonnullae abdomine infuscato variant: species et a me ipso in Alpibus maritimis inventa, Apennini bononiensis atque etrusci etiam incola.

A. arctica Sch. Lapponia = *A. ead.* Zett.

A. flava Fabr. Suecia = *A. ead.* Lin. ♂♀ quatenus a DD. Mulsant et Emery delineata plane atque indubie a *frontali* distincta species, cui erratim in Cat. Monachiensi pro synonymo subjuneta. Accedit spec. e Suecia a D. Mannerheim utpote genuina *flava* indicatum, ad ejusdem marem spectans.

Ead. Gall. mer. = *A. subtestacea* Steph. ♂♀; ultimum spec. statura minus = *A. confusa* Emery var., *thoracica* Muls. var. c. forte, foemina rufo-testacea, antennarum articulis ultimis abdomine-que fuscis. Pedemontio rarius nec non in Tyrolo mer. *confusae* varietas occurrit elytris testaceis, macula baseos triangulari com- muni apiceque fuscis.

Ead. Parisiis = *A. flava* Lin. ♂⁴⁾ et *subtestacea* Steph. ♀,

⁴⁾ *Anaspi flavae* consimilis atque antennarum structura valde proxima *A. cypria* n. sp.: *Testacea*, *sericea*, *antennis*, *excepta basi*, *pectoreque nigris*; *antennarum art.* 6—10 *moniliformi- bus*; *capite anterius angustulo*; *thorace longitudine sesqui prope la- tiore*; *elytris unicoloribus*, *densius transversim striolatis*. — Long. circ. 2 lin.

Mas *abdominis nigri segmento ventrali tertio apice nonnihil producto*, *lacinis duabus gracilibus*, *basi approximatis*, *apice divergentibus*, *longe pilosis instructo*; *quarto longitudinaliter anguste sulcato*, *simplici*; *quinto longiusculo*, *profunde fisso*, *apice subbilobo*: *tarsis anticis dilatatis*.

Fem. *abdomine simplici*, *densius pubescente*, *plus minusve di- lute brunneo*.

Corpus superne uniformiter flavo - testaceum, minus subtiliter pubescens; caput anterius quam in *flava* angustius, subattenuatum, epistomatis sutura evidentius impressa; antennarum articulo quinto magis conico, sequente vix angustiore, articulis 6—10 subaequalibus, moniliformibus, in foemina interdum obsoletius infuscatis. Thorax quam in illa relative brevior, lateribus anterius paulo magis rotundatus. Elytra densius obsoletiusque subtilime transversim striolata. Metasterni epimera apicem posticum versus sensim paulo

quibus accedit *A. confusae* Emery mas ad praecedentem varietatem pertinens, penitus rufo-testaceus, antennis solummodo apice fuscis.

Ead. Austria, Dalm. = *A. flava* et *subtestacea* ex utroque sexu commixtae. Ambo Italia superiore et media frequentes, meridionali minus obviae; variat saepe *flava* elytris plus minusve apice infuscatis, *subtestacea* perraro pectore cum abdomine nigris.

Anaspis livida Dej., *flava* Stev. Ross. mer., Tauria = *A. ruficollis* Fabr. ♂♀ duo non penitus matura specimina, rufo-testacea, capitis dimidio superiore brunneo, antennis ab articulo quinto, pectore abdomineque nigro-piceis, elytris in mare testaceis, triangulariter basi, suturam secus anguste, apice confuse infuscatis, in foemina lurido-testaceis, fere concoloribus.

Pictura sat variabilis et ipsa, nuper delineato mari paria vel consimilia in R. M. Taurinensis sardoa coll. specimina prostant, tum enimvero elytris late testaceis, umbra transversa baseos fusca, apice brevius determinate nigris. E converso, praeter varietatem *alpicola* Emery, Alpibus non modo sed et collibus Taurinis infre-querenter obviam, bononiensibus Apenninis interdum obscurior variat thorace rufo, macula discoidali atra ornato, pedibus intermediis brunneis, posticis nigris. Sardoo praeterea mari thorax disco penitus infuscatus, elytra nigra, macula magna oblonga laterali flava, anterius obliqua, intus ad trientem a sutura dilatata.

A. maculata Geoffr., *obscura* Gyll. Parisii, Dalm., Gall. mer., *bipunctata* Bon. Lombardia Villa, Tergesto Ullrich = *A. ead.* Fourer.

A. fasciata Dej. Hisp. = *Cyrtanaspis phalerata* Germ. minor, rufo-testacea, elytrorum macula confusa communi baseos, sutura late fasciaque transversa pone medium fuscis; abdomine solummodo infra fusco. Sat rara, uti videtur species, italicum Sennense spec. foemineum variat statura validiore, nigrum, capite, thorace, antennarum basi pedibusque rufo-sanguineis, abdomine apice ferrugineo; elytrorum fascia anteriore rufa quam in styriacis latiore, minus anguste ad suturam divisa, posteriore integra, relative minore.

A. pallida Dej. Hisp. = *A. (Larisia) Chevrolati* Muls. et a D. Ghiliani ex Hispania, a me ipso e Sardinia relata. Specimen

magis attenuata, apice ipso plerumque magis oblique truncata. Ex insula Cypro a D. Truqui relata.

Corporis inferne pictura, tum maxime antennarum structura alia, *A. luteam* Marseul ex Aegypto, descriptionis perpensa ratione ad *cypriam* haud referri censeo.

e Gall. mer. sequitur = *A. (Larisia) Mulsanti* Bris. quae et in Pemontio atque Alpibus maritimis rarius occurrit.

Anaspis quadrimaculata Dej. Schh. Gall. mer., Pyrenaeis or. = *A. (Silaria) trifasciata* Chevr. Specimina ex Hisp. sequuntur = *A. quadrimaculata* Gyll., *quadripustulata* Müll. Muls. Hujusce accedunt Gall. mer. nonnullae varietates thorace plus minusve laete nigro-maculato, vel penitus nigro, tum ex Hispania a D. Ghiliani: Italia superiore et media, Liguria praesertim, sat obvia, etiam Sardiniae incola.

A. bicolor Ol. Parisiis, *quadrimaculata* Heyd. Germ. = *A. (Silaria) quadrimaculata* Gyll. thorace plerisque toto nigro.⁵⁾

A. humeralis Dej. Parisiis, Dalm. = *A. Geoffroy* Müll. normali pictura, quibus calabrica a D. Ghiliani accedunt ad varietates *4-maculata*, *vulcanica* et *discicollis* Costa referenda, elytris interdum plus minusve late testaceis.

A. lateralis Fabr. Suecia, Finlandia, Tauria Steven = *A. frontalis* Lin. ♀ var. *lateralis* Fabr. thorace lateribus antice vel margine anteriore rufescente vel rufo, macula discoidali magna basin

⁵⁾ Huic proxime affinis *A. (Silaria) versicolor* nov. sp.: *Oblonga*, *convexuscula*, *rufo-testacea*, *fulvo-pubescent*, *vertice abdomineque rufo-piceis*, *antennarum apice pectoreque nigris*, *elytris testaceis*, *fusco trifasciatis*; *antennarum articulis 7—10 moniliformibus*. — Long. 1 lin.

Habitat in media Italia.

Anaspi 4-maculata paulo minor, convexior, antice angustior, elytris pone medium usque sensim dilatata, postice haud depressa. Caput cum oculis thorace ad angulos anticos angustius, rufo-testaceum, obsolete vertice infuscatum; labrum parvum; antennae thoracis basin paulisper excedentes, testaceae, articulis quinque apicalibus nigris, duabus primis subaequalibus, 3—5 gracilioribus, sensim brevioribus, 6 subconico, 7—10 paulo majoribus, inter se aequalibus, minus adpressis. Thorax longitudine sesqui latior, basi late bisinuatus, angulis posticis subrectis, elytrorum baseos ad eos non-nihil angustior, modice convexus, rufo-testaceus. Elytra thorace triplo circiter longiora, testacea, basi anguste, humerum summo excepto fusca, fascia lata transversa elytrorum dimidium paulo excidente, alia semilunata ad trientem posticum fuscis ornata. Corpus infra cum pedibus rufo-testaceum, metasterno coxisque posticis nigris, abdome brunneo, tibiarum tarsorumque posticorum apicibus fuscis, hisce articulo primo tibia evidenter breviore.

attingente ornato: inter finlandica commixtum *A. confusae* foemineum spec. thorace disco leniter umbrato: consimilem marem olim e Germania bor. accepi, cui caput vertice fuscum, thorax late disco pedesque postici fusca; maris iste insignibus, utpote thoracis forma finlandica foemina hue nec ad *ruficollum* spectant. Altera e tauricis foemina, *frontalis* quoque meo judicio varietas, ad *punctatam* Esch. forte referenda, thoracis rufi macula media magis, basin versus praecipue, diffusa, capitum macula verticis semiellyptica, oculos utrinque non attingente, pedibus anterioribus rufo-testaceis, posteriorum femoribus tibiisque fuscis; antennarum structura vix a genuina *frontali* discedens.

Ead. Petropoli = *A. var. lateralis* Fabr. et *A. confusa* Emery mares capitum vertice fusco-piceo, thorace disco obsolete fuscescente.

Anaspis rubricollis Dej. Dalm. = *A. frontalis* Lin. var. *rubricollis* ♂♀; statura, corporis forma, antennarum nec non abdominis in mare structura cum *frontali* apprime congruens; discedit capite, vertice plus minusve angustius nigro excepto, ore, palpis, metasterno saepius pedibusque quatuor anterioribus penitus rufo-testaceis, posticis brunneis, femorum, tibiarum tarsorumque basi rufescente, thorace supra infraque rufo-testaceo, macula discoidali, basin saepius attingente, fusca notato, quibusdam thorace rufo-testaceo, fere immaculato. Antennarum structura verticeque infuscato ab *A. Costae*, statura sesqui fere majore antennisque minus filiformibus a *ruficollis* praeter maris insignia facile distinguenda.

Ead. var.?, *ruficollis* Steven Ross. mer., Caucaso Steven = *A. frontalis* var., *verticalis* Fald. verisimiliter; duo foeminae antennis destitutae, corporis forma genuinae *frontali* meo visu identicae, aliter depictae; capite nempe cum ore palpisque rufo, macula verticali semiellyptica fusca, bene limitata, ab oculis utrinque basin prope remota, thorace supra infraque rufo, pedibus in una penitus, metasterno medio abdomineque basi rufo-testaceis, femoribus anterioribus apice superne vix maculatis, posticis leniter umbratis; pectore in altera abdomineque nigris, pedibus rufis, femoribus posticis, basi excepta, tarsorumque apice fuscis, femoribus quatuor anterioribus super apicem nigro-maculatis.

Ead., *ruficollis* Stev. Tauria = *A. punctata* Esch. verisimiliter, *frontalis* et ipsa meo visu varietas: unica foemina statura et forma praecedentibus consona, capitum dimidio basali, inter oculos determinate nigrescente, thoracis rufi punto medio nigro; pedibus

rufis, femoribus posticis fuscis, omnium apice superne nigro-maculato: antennis utpote in *frontali* constructis. ⁶⁾)

(*Anaspis croceicollis* Mannerh. Suecia a D. Breme = *A. [Nassipa] Costae* Emery ♀).

A. ruficollis Fabr. Parisiis, Gall. mer., Pedemontio = *A. ead.* ♂♀: pedemontanum subjunctum spec. majus, ore, fronte, antennarum basi, thorace pedibusque anticis rufo-testaceis, capitis dimidio postico, femoribus quatuor posterioribus fuscis, elytris nigro-piceis, quod etsi foemineum, antennarum praecipue structura ac thoracis forma *frontalis* pro varietate meo judicio habendum.

A. thoracica Fabr. Suecia = *A. Costae* Emery, *thoracica* Costa ♀ cui tamen antennae paulo minus quam in nostratis moniliformes: genuinum *A. Costae* pedemontanum accedit exemplar.

Ead. Parisiis, Gall. mer. = *A. Costae et confusa* Emery commixtae.

Ead. Austria = *A. confusa* Emery ♂♀. Omnia permulta, quae in collectionibus italicis sub nomine *thoracica* Lin. vel Fabr. inscripta reperui, sive ad *frontalem*, sive ad *Costae*, sive ad *confusam* tribuenda opinor.

A. collaris Dej. Gall. mer. = *A. (Silaria) varians* Muls. var. *collaris* ♂♀.

Anaspidum hae praeterea spec. in coll. ital. examini praestos fuere.

A. nigripes Bris. Italia superiore et media haud infrequens. Variat ore cum palpis, epistomate pedibusque anticis rufo-testaceis, intermediis interdum brunneis: a *pulicaria* mas segmenti ventralis tertii lacinis longioribus, gracilibus, saepius basi curvatis atque inferne decumbentibus facile dignoscitur; foemina vero non nisi quam statuta plerumque minore, thorace anterius minus attenuato, angulis posticis obtusis antennisque basi minus gracilibus distinguitur.

⁶⁾ Ad *A. frontalem* meo judicio etiam referenda summopere pictura ab ea discedens *A. maculicollis* Motsch. cuius varietatem thorace immaculato, utpote genuinae conformem e Samara D. Faust tradidit: rufo-testacea, macula verticali semiellyptica ab oculis utrinque remota capite ornato, antennarum articulis 6 vel 7 ultimis, pectore abdomineque nigris, femoribus modo superne ad apicem maculatis, modo immaculatis, tibiarum posticarum tarsorumque apicibus infuscatis. Corporis autem forma, antennarum structura nec non abdominalis in mare identica ac in *frontali* laciniarum dispositione et forma, ab hac haud specifice disjungenda.

Anaspis subtilis Hampe unic. spec. Transsylvania.

A. (Larisia) rufitarsis Lue. Cypro et Syria passim.

A. dichroa Emery Sardinia parum frequens.

A. Stierlini Emery Cypro rarius, thorace attamen omnibus elytris concolore, piceo, brunneo vel sordide testaceo.

A. (Silaria) latiuscula Muls. Italiae superioris Alpinis regionibus frequens, collibus etiam ejusdem atque mediae Italiae obvia, etiam Sardiniae incola; variat haud raro capite anterius, ore, antennarum basi, pedibus anticis vel etiam mediis thoraceque infra rufo vel flavo-testaceis.

Alpibus autem, Leponiis praesertim obvia nec dum cognita varietas thorace non modo ad angulos anticos testaceo, sed margine ejus antico toto late testaceo vel rufescente, itidem ac caput vertice solo nigrescens, pedibus plerumque dilutioribus. Corpore attamen latiore, magis depresso, thorace elytrisque minus dense transversim striolatis, antennarum articulis ultimis crassitie evidenter longioribus ab affinibus *variantis* varietatibus facile distinguenda.

A. scapularis Emery Syria et Cypro.

A. suturalis Emery Sardinia parum frequens.

A. (Silaria) Truquii n. sp. Cypro: *parvula*, *ovata*, *sericeopubes.*, *fusco-nigra* vel *brunnea*, *capite antice cum ore, ant. fere totis, thor. pedibusque anterior. rufo-testaceis*; *antennar. art. 3—6 gracilibus, sensim brevioribus, ab art. 7 ad apicem leniter incrassatis; thor. longitudine fere duplo latiore, basi convexo, ad sinus basales impresso, angulis posticis obtusis, apice rotundatis.* — Long. $\frac{2}{3}$ lin.

Mas: *abdominis segmentis tribus primis apice setula simplici vel dupli erecta utrinque munitis, quarto simplici, quinto triangulariter profunde exciso, excisurae lobis apice divaricatis, in illaesis spinula longiuscula, valde divergente munitis.*

A. Stierlini similis, paulo minor, antennis paulisper longioribus, testaceis, articulo ultimo solummodo, interdum penultimo etiam fuscis; articulis duobus primis tertio distinete majoribus, hoc quarto multo longiore, cum sequentibus ad septimum longitudine sensim fere decrementibus, ab inde apicem usque sensim incrassatis. Thorace breviusculo insignis, ante basin longitudinaliter convxiore, transversim ad sinus basales impresso, interdum basi subtiliter marginato, rufo-testaceo, sanguineo vel flavo-testaceo; elytris piceis vel fusco-nigris, pariter ac thorax fulvo-pubescentibus: abdome, maris praesertim, nigro, densius pubescente: pedibus anticis, mediis interdum etiam rufo-testaceis, posticis plerumqne obscurioribus, horum tarsis articulo primo tibia distinete brevioribus. Ex

typis in D. Bauduer collectione ad *A. Proteus* Emery longe absedit.

Mordella duodecimpunctata Ol. Austr. = *M.* ead. Rossi.

(*M. didyma* Dej. Pyrenaeis Reiche = *M. Gacognei* Muls., etiam in Pedemontio raro occurrit, thorace plerumque uniformiter dense cinereo-villoso.)

M. atomaria Fabr., *guttata* Payk. Suecia, Finlandia, Austr., Styria = *M. maculosa* Naezen; poenes nos etiam Pedemontio, Insubria et Sardinia infrequens.

M. albosignata Dej. Styria, Austria Ullrich = *M. bisignata* Redt., sp. et in pedemontanis Alpibus reperta.

M. biguttata Dej. Parisiis, Pyr. or., *fasciata* Gyll. Suecia, *picta* Besser, Volhynia, Germ., Sic. = *Tomoxia* ead. Gyll.

M. bipunctata Dej. Dalm., Gall. mer., Sard., Sicilia = *M.* ead. Germ. Unicum ex ins. Cypro spec. variat elytris pube minus subtili, densa, fusco-ferruginea indutis, macularum normalium loco denudatis, detritum verisimiliter. Graecum spec. a D. Reitter communicatum variat elytrorum fascia basali maxima, ocellum rotundatum parvum utrinque includente, sutura late, fascia postica e converso quam solito angustiore argenteo micantibus; tam thoracis quam elytrorum pube atra, luce quadam, viridi-iridescente.

Pedemontanum hoc subjunctum specimen = *M. aurofasciata* Comolli var. capite thoraceque nigris, griseo-pubescentibus, hoc ad angulos posticos obscure rufescente; elytris rufo-ferrugineis, basi intra fasciam anticam brunneis, fascia postica communi latera versus abbreviata, trientem medium elytrorum tantummodo obtegente; corpore infra brunneo, ore, antennis, pedibus segmentorumque ventralium margine postico rufo-ferrugineis. Unicum quod in coll. itallicis vidi una cum altero ex Insubria normalis statura in coll. mea.

M. fasciata Fabr. Parisiis, Gall. mer., Italia sup., Styria, Tauria Steven, Ross., Germ., Hung. = *M.* ead. et varietates.

M. obsoleta Dej. Dalm. = *M. sulcicauda* Muls. minoris statura specimina, pygidii validiusculi lateribus obsolete sulcatis; elytrorum maculis albo-micantibus utpote in var. *a.* sec. Emery dispositis, antennis basi late pedibusque quatuor anterioribus, uti saepe in sardois contingit, rufo-ferrugineis vel testaceis.

M. sulcicaudae typice sec. Emery depictae individua majora in R. Taurinensis Musaei sardoa collectione prostant, antennarum basi pedibusque solis anticis pro parte rufescentibus; iisdem obscure piceis ex Etruria atque Tridentina provincia ad examinandum missa: varietatis autem *b.* sec. Emery, genuinae *sulcicaudae* sec. Muls. spe-

cimen e Sardinia retuli, quaedam patria Austria indicata D. Bertolini misit, corporis pube superne atro-fuscescente, unicolore, antennis basi, pedibus anticis tibiisque mediis plus minusve ferrugineis.

Ead. Tauria Steven = *M. fasciata* var. *villosa* Muls.

Ead. Gall. mer. = *M. sulcicauda* Muls. praecedentibus e Dalmatia statura major, elytrorum maculis obsoletioribus: ultimum ad *fasciatae* varietatem *basalis* Costa referendum, cui plura e Calabria conformia accidunt.

M. sericea Zieg. Austria, *villosoula* Zieg. = *M. villosa* Schrank, spec. et a Prof. Gené e Sardinia relata, mihi olim a D. Frivaldszky e Turcia missa, Caucasi quoque incola.

M. cinerea Gebl. Sibiria Gebler = *M. villosa* Schr. verisimiliter var. minor, densius villositate minus subtili, griseo-flavescente obtecta, ore pedibusque anticis flavo-testaceis. Itidem depictum saepitanum spec. in coll. Bauduer vidi; turcico et sardoo supra memoratis os pedesque antici plus minusve dilute rufo-ferruginea, austriacis plerumque obscuriora.

M. micans Dej. Dalm. = *M. aculeata* Lin. var. minor, pube sericea murina vel subrubescente, nitidula densius induta, ore, antennarum basi pedibusque anticis vel etiam mediis plus minusve dilute testaceis, pygidio sat elongato, acuminato; palporum antennarumque structura omnes mares videntur. Identica etiam Sardiniae incola.

Ead. var. Dalm., *aculeata* Stev. Tauria = *M. aculeata* ♀ corpore supra ut in praecedentibus dense sericeo-micante, dalmatina ad var. *vestita* Emery, taurica ad *velutinam* referenda.

Ead., *villosa* Gysselen Austria = *M. aculeata* var. *brevicauda* Costa ♀. Huc pedemontanus et calabrus mares additi, nom. *scutellaris* Bon. indicati, statura et forma normali sec. Emery, ore, antennarum basi pedibusque anticis plus minusve dilute testaceis, scutello albido pubescente, elytris pube fusca omnium distinctius viridi-iridescente.

M. aculeata Fabr. Parisiis, Suecia, Styria = *M. ead.* Lin. ♂♀ et var. *brevicauda*, maribus plerisque, uti frequentius apud nos, femoribus anticis dilutius quam in foemina rufo-ferruginea, apice fusco. Elevatorum Italiae montium mares femorum pictura, saepe-saepius haud a foeminis discedunt.

Ead. var. *femoralis* Meg. Austr. = *M. ead.* typicae formae atque picturae foeminae.

M. tibialis Dej. Parisiis, Gall. mer., Austria, *pumila* Steven

Caucaso = *Mordellistena brevicauda* Bohm., Emery: alterum e caucausicis variat pygidio quam solito breviore, alterum ad *M. micantem* referendum. Sicula duo subjuncta quae ad *pumilam* Gyllenh. pertinent.

(*Mordellistena* n. sp. Mannh. e Dauria a D. Breme = *M. brevicauda* Bohm.).

M. grisea Froehl. Styria, Dalm., Gall. mer. = *Mordellistena micans* Germ.

Ead. var. Dalm. = *Mordellistena brevicauda* var. pubescente tecta.

Ead.? var.? Styria = *Mordellistena Reichei* Emery typico in coll. Bauduer syriaco specimini, tum auctoris descriptioni structura et pictura congrua, identica et e Gall. mer. vidi; antennis praecipue magis quam in *parvula* elongatis insignis, articulo tertio secundo minore gracilioreque, 5—10 crassitie sesqui saltem longioribus, equidem subcompressis, at subcylindricis, vix vel haud dentatis; metasterni epimeris intus arcuatim terminatis; oris, frontis antice, antennarum baseos pedumque quatuor anteriorum colore laete rufo-testaceo.

Variat rarius Pedemontio, Aprutio et Austr. eisdem corporis partibus plus minusve obcurius ferrugineis fuscisve, antennarum structura pygidioque paullo longiore a *parvula* distinguenda. Non sat firma, instabilis interdum meo visu distinctionis nota e tibiarum posticarum calcaribus desumpta, eo quod haud raro calcar extimus (facile forte caducus) vix vel haud conspicuus, interdum sextantem, alias quadrantem interni longitudinem aequat; eundem deficientem aut vix conspicuum haud raro etiam in genuinae *parvulae* quibusdam perspexi, majore statura antennarumque structura cum *nana* haud confundenda.

M. elongata Dej. Parisiis, Gallia mer., Dalmatia, Finlandia, Styria, *pumila* Gyll. Suecia = *Mordellistena pumila* Gyll. complura specimina statura varia, quibus commixta e Gall. mer. *M. micans* minor et *M. stenidea* Muls.; e Dalmatia *M. episternalis* Muls.; e Styria *M. stenidea*.

M. pusilla Meg., *parvula* Gyll. Parisiis = *Mordellistena parvula* Gyll. et *stenidea* Muls.

Ead. Styria = *M. parvula* var. *picipes* Costa et *M. nana* Motsch.

Ead. Dalm. = *M. stenidea* Muls. et *confinis* Costa; hujusce copiam cum genuina et cum minore *M. micante* olim in Liguria orientali collegi, cum eadem specie nuperrime copiose e Calabria accepi,

unde dubium anne *confinis* forte *micantis* alia solummodo soboles calcaribus testaceis habenda.

Ead. var. Dalm. = *Mordellistena Perrisi* Muls.; specimen ipse met in Aprutio quoque reperi.

Ead., *parvula* Gyll. Suecia = *M. parvula* Gyll. et var. *picipes* Costa.

Mordella angustata Dej. Gall. mer., Hisp., Sicilia, *auripennis* Parreyss Ross. mer. = *Stenalia testacea* Fabr. ♂♀. Hispanica nonnulla accedunt a D. Ghiliani collecta, statura duplo fere majore, elytrorum colore, pygidii structura nec non tarsorum posticorum articulo primo incisura exarato ad *bruneipennem* Muls. pertinentia: conformia in R. Bruxellensis Musaei collectione a D. Van Volxem e Lusitania relata prostaut, quibus omnibus uti et in algirico coll. Bauduer tibiae posticae uni-incisae.

Ead. Latreille Syria = *St. brunneipennis* Muls. ♀ tibiis posticis earumque tarsorum articulo primo incisura unica notatis. Duo sequuntur mares e Beryto quibus tibiae posticae incisuris duabus exaratae; variant autem antennis minus quam in praecedentibus validis, articulis 5—10, etsi mares, vix latitudine brevioribus. ⁷⁾

M. abdominalis Fabr. Germania, Styria, Suecia = *Mordellistena* ead. ♀.

M. ventralis Fabr. Suecia, Gall. bor. = *Mordellistena abdominalis* Fabr. ♂.

M. humeralis Fabr. Suecia, Finlandia, Austria, Styria = *Mordellistena* ead.

M. axillaris Gyll. Suecia, Styria, *collaris* Dej. Cat. olim = *Mordellistena humeralis* var. *axillaris* Gyll. atque e Styriacis var. *b.* Emery.

⁷⁾ *St. brunneipennis* insulae Cypri distincta varietas *gracilicornis* m. antennis longioribus et gracilioribus, articulis duobus primis in mare fere duplo, in foemina fere sesqui latitudine longioribus, 5—9 in utroque sexu eadem distincte longioribus, obsolete dentatis; maris pygidio itidem attenuato, apice truncato, foeminae quam in genuina *brunneipenne* adhuc breviore, latius rotundatim attenuato; tibiis posticis dupli incisura, ambobus subaequalibus, tertiae insuper rudimento ante tibiae medium conspicuo: tarsorum posticorum art. primo non modo sed et secundo plus minusve distincte uni-incisis.

Quindecim circiter spec. ex ins. Cypro D. Truqui retulit.

Mordella variegata Fabr. Parisiis, *lateralis* Ol. Styria = *Mordellistena lateralis* Ol.

M. testacea Ziegl., Fabr.? Styria = *Mordellistena lateralis* duo parum matura specimina, thorace fere toto fusco, elytrorum macula lata testacea, sat apicem versus diffusa.

M. brunnea Dej. Parisiis, Styria = *Mordellistena brunnea* Fabr.

Has insuper in collectionibus italicis hujusce generis species perlustravi.

M. Kraatzii Emery e Liguria, Helvetia, ins. Cypro nec non e Caspici maris finitimo Derbent a D. Faust spec. cum genuina *parvula* missum.

M. tarsata Muls. Insubria, Umbria, Calabria, Sard. et Gall. mer. uti praecedens ubique rara.

M. Perroudi Muls. Liguria, Sard., Helv., Rheni germanicis litoribus: dubia mihi species.

M. (Tolida) Muls.) Tournieri Emery Alpibus Pedemontii ad *M. Rosa*.

M. humerosa Rsh. Lusitania in coll. Dej. a D. Breme.

M. pulchella Muls. Sard. pluribus a Prof. Gené nom. *ornata* in coll. inscripta.

M. artemisiae Muls. Tyrolo italico et Gall. mer. infrequens.

RHIPIPHORIDAE Gerst.

Symbius blattarum Sundev. India or. Westermann = *Rhipidius pectinicornis* Thunb. ♂♀: foemina a descriptione a D. Lacordaire tradita quibusdem abscedit: aptera, corpore fere pyriformi, nigro-piceo, capite thoraceque granulosis: illo parvo, subtransverso, antice, foveolas oculares inter et tuberculos antennarios transversim impresso: oculis minutis, uno latere vix apparentibus, laeve globulis duobus parvis, rubescentibus indicatis. Antennae ad capitis latera insertae, 11-articulatae, filiformes, validae, articulis, duobus ultimis exceptis, arcte connexis, primo crassitie sesqui prope longiore, sequentibus transversis, 5—9 intus apice leniter productis, 10 minore, ultimo latiusculo transversim subovatis: palporum (labialium?) art. ultimus cylindricus, crassitie duplo fere longior, apice subrotundatus. Thorax pro statura maximus, latus, anterius pro verticis receptione late emarginatus, angulis anticis obtusis, leniter reflexis, lateribus ampliato rotundatus, sternalia utrinque quasi excedens, suturis transversim arcuatis tribus, gradatim latioribus signatus, omnibus vix impressis, ultima utrinque leniter exarata, hanc

abinde quasi in lobos duos postice medio sejunctos divisus, lobis ipsis elytrorum rudimenta fingeuntibus, utrinque leniter rotundatim reclinatis. Abdomen subcylindricum, apicem versus leniter attenuatum, e segmentis septem compositum adparens, oviducto molli, longo, testaceo, inferne reclinato, apice emarginato. Pedes fere ut in mare constructi, paullo breviores, corpore minus intense picei.

Pelecotoma mosquense Fisch., *Latreillei* Fisch. Ross. = *P. fennica* Payk.

Ptiloforus Dufourii Latr. Gall. mer. Latreille, *Friavaldszkyi* Sturm Hung., *serviceus* Stev. Ross. mer. = *Evaniocera* ead. et varietates elytris plus minusve corpori concoloribus.

Metaeus paradoxus Fabr. Parisiis = *M. id.* Lin. (*Rhipidophorus* Cat. *Monachii*).

Rhipiphorus flabellatus Fabr. Gall. mer., Sicilia Lefebvre, Dahl, Etruria Passerini Prom. bonae spei, Guinea = *Emmenadia* ead. abdomine plerumque nigro, plus minusve rufo-maculato: var. *maculiventris* Buquet e Senegambia nonnisi quam abdomine nigro, macula baseos media rufa minore notato differt. Abdomine in integrum rufo cypria solummodo spec. vidi, poenes nos haud rara.

R. bimaculatus Fabr. Gall. merid., Hisp., Aegypto, Persia occid. Mannerheim, Ross. merid. et var. *quadrimaculatus* Sch. Hung. = *E. larvata* Schr., *bimaculata* Fabr., varietatibus *a.* et *b.* sec. Gerst. cum normaliter depictis commixtis.

Id. var. Gall. mer. Solier, *nigrithorax* Stev. Ross. mer. = *E. ead. var. c. sec.* Gerst., *nigrithorax* Fisch.

R. rusipennis Dej. Dalm., Gall. merid., *praeustus* Gebler Sibiria = *E. praeusta* Gebl. species etiam Pedemontii incola.

(*R. Buqueti* Dej., *affinis* Buquet Senegambia Buquet = *E. bipunctata* Fabr.; specimen accedit e Guinea Westermann, varietas thorace superne rufo-ferrugineo.)

Myodes subdipterus Fabr. Gall. merid., Hisp. = *Myodites* id. Variat poenes nos interdum mas abdomine rufo-testaceo, foemina antennis nigro-piceis, alias penitus nigra elytris solummodo flavis, macula atra humerali notatis.

MELOIDAE Lacord.

Meloë proscarabaeus Fabr. Suecia, Lusitania, Illyr., *cyanellus* Zieg. Styria = *Meloë* id. Lin.: *styriacis commixta violacei foemina*.

Id. var. *pannonicus* Zieg. Illyria, ins. Lusina = *M. id.* ♂♀ var. e maximis, thorace lateribus magis rotundato, elytris fortius vermiculato-rugosis. Plura sequuntur e Volhynia Besser, Ross. mer. Steven capite thoraceque plerisque fortius, crebrius proinde punctatis, elytris magis rugulosis; conformia Cypri et Syriae incolas vidi, e Turcia et Creta olim nom. *undulatus* a. D. Frivaldszky missa.

Hispanicum hoc a D. Breme subjunctum specimeu ad var. *cyanellus* sec. Brandt spectans.

Id. var. *tectus* Latr. patria incerta Latreille = *M. id.* var. *tectus* Panz. tota fere Europa cum genuino obvia varietas, thorace plerumque latiore, basi minus attenuato, areolis impunctatis interdum notato, haud raro disco leniter biimpresso, elytris longioribus, multo subtilius plerumque ac densius rugulosis vel pliculatis.

M. tauricus Dej. Podolia austr. Besser, Ross. merid. = *M. proscarabaeus* Lin. var. elytris profundius rugulosis, interstitiis plus minusve punctiformibus, corpore plerisque obscurius cyanescente vel etiam quasi nigro.

Id. var. Hungaria et patria incerta = *M. proscarabaeus* modo thorace breviore, modo corpore violaceo-submetallico, modo statura minore, corpore cyaneo-subvirescente, elytris omnibus plus minusve utpote in varietate *tauricus* exsculptis.

Id. var. *exaratus* Fald., Persia occid. Falderm. = *M. proscarabaeus* var.: unicus mas, nonnisi quam statura minore, corpore fere ut in var. *pannonicus* Dej. exsculpto solummodo variat; pro distincta specie forte a Catalogis delendus. Ei duo mares consimili forma accedunt nom. *proscarabaeus* Persia occid. Mannerh. atque e Sibiria nom. *violaceus*.

M. gallicus Dej. Parisiis, Gall. or. et mer., *proscarabaeus* Leach Anglia = *M. proscarabaeus* var. elytris subtilius, saepe paulo obsoletius rugulosis, rugositate subvermiculari, punctulis interdum evidentioribus dispersim impressis.

M. cyaneus Fabr. Parisiis, Anglia = *M. id.* Muls. sin propria species, distincta saltem atque notis suis peculiaribus, uti a D. Mulsant definita, sat constans *proscarabaei* soboles; individuis parvulis in Dejeaniana coll. constituta, poenes nos statura plerumque validior, Italia praesertim meridionali, videlicet Sicilia, Melita, Sardinia

sat obvia, minus iisdem regionibus frequentis *M. violacei* quasi locum tenens. Thorax nostralibus persaepe quam in genuino *proscarabaeo* longior, lateribus subrectis, in Dejeanianis e contra relative breviusculus, leniter lateribus rotundatus, basi autem omnibus recte truncata. Montana specimina haud raro corpore supra toto nigro variant.

Meloë siculus Dej. Sicilia Lefebvre = *M. cyaneus* var., mares statura validi, capite thoraceque multo subtilius parcisque punctatis, interstitiis subalutaceis, elytrorum sculptura plus minusve obsoleta; ejusmodi formae specimina italicis insulis nec non Graecia passim occurunt, caeterum forma, thoracis praesertim, cum vero *cyaneo* concordantia.

M. violaceus Gyll. Suecia, Gallia, *lateralis* Märk. Germania, Austria, *angusticollis* Besser Volhynia, Rossia merid. or. = *M. id.*

Var. *tectus* Sturm Dej. Cat. olim Germ. = *M. id.* var. minor, elytris paulo longioribus.

Var. *americanus?* Brandt America bor. Lecomte, Philadelphia Latreille = *M. violaceus* var. capite thoraceque subtilius, praecipue parcis punctatis, interstitiis alutaceis, opacis, fere ut in *cyanei* varietate *siculus* Dej. Verus *M. americanus* Leach in ipsomet Dejeanii coll. antennarum articulis ultimis longioribus, capite depresso thoraceque longiore multo obsoletius, perparce punctatis, opacis praecipue discedit.

M. cribripennis Dej., *coriarinus* Dej. Cat. olim Lusitania, Hisp. Goudot = *M. autumnalis* Oliv. var.; foeminae capite thoraceque nitidulis, parcis punctatis, elytris fortius, fere foveolato-punctatis: varietas haecce Lusitania non modo sed et Sardinia, Graecia atque Algiria obvia.

M. autumnalis Ol., *glabratus* Leach Parisiis, Gall. merid., Styria, *granulatus* Marsh. Illyria, Hispania, Sicilia, *variolosus* Latr. Hisp. = *M. id.* et varietates capite thoraceque plus minusve punctulatis, elytris minus subtiliter, subtilius vel obsolete punctatis, interdum fere laevigatis. Huic postremae varietati Pedemontio, Insubria atque Tyrolo merid. frequentiori, tum e descriptione, tum e speciminibus a D. Bertolini missis referendum censeo *M. hiemalem* Gredler. Variat e Sicilia, foemina praesertim statura maxima, superne prorsus niger, valde nitens, capite thoraceque perparce punctatis, elytris laevigatis.

M. tuccius Rossi Gall. mer. Massilia, Pedemontio, *puncta-*

tus Leach Hisp., Ross. mer., Oran S. Fargeau = *M. id.* cui accedit var. e Podolia austr. Besser elytris obsoletius punctatis.

Meloe corrosus Dej. Sicilia = *M. tuccius* var. thorace plerumque paulo breviore, fortiter ac minus crebre punctato, areis disco latoribus impunctatis, elytris plus minusve obsolete punctatis et subrugosis. Eadem insula rarius occurrit var. *scabricollis* Dahl capite thoraceque minoribus, elytris fere laevibus, foveolis obsoletis dispersis. Genuinus fortis punctura Cypro haud frequens.

M. semipunctatus Zieg. Styria, Ross. mer., *brevicollis* Gyll. Suecia = *M. brevicollis* Panz. var. thorace parcus, elytris crebrius, quibusdam paulo fortius punctatis. Accedunt majores statura foeminae pedemontanae antennis tantisper validioribus nom. *crassicornis* Bonelli inscriptae.

Id. var. *aestivus* Stev. Tauria, *laticollis* var. Besser Volhynia = *M. brevicollis* majora plerumque statura exempla, superne intensius nigro-cyanæa, capite thoraceque fortiter crebreque punctatis, hoc basi minus emarginatim - impresso, elytris fortius rugosis, intersticiis distinctius punctiformibus: hanc et ipse nom. *aestivus* in coll. e Rossia mer.

M. brevicollis Fabr. Parisiis, Germ., *scabriusculus* Besser Volhynia, Pyr., Hisp. = *M. id.* Panz. Pedemontanis alpibus interdum variat supra niger vel nigro-cyanæus, elytris obsolete rugulosus vel etiam laevigatis: mas in sardoa coll. nigro-cyanæus capite thoraceque virescente nitentibus, laevigatis, parce subtiliterque punctatis, illo fronte inter oculos obsolete quadrifoveolata, elytris obsolete rugulosus.

M. laticollis Meg. Germ. = *M. pygmaeus* Redtb. Muls. mas statura inter speciei consocios maximus, abdominis segmento ventrali penultimo apice leniter emarginato, ultimo late rotundatim impresso, apice semicirculariter exciso, excisurae marginibus utrinque porrectis.

Id. Illyria, Tergesto Ullrich, Hung., *brevicollis* Stev. Rossia mer., Odessa, Podolia austr. Besser = *M. pygmaeus* Redt., species optime a D. Mulsant propriis characteribus definita, *scabriuscuso* equidem valde affinis, at plane distincta, a *decoro* cui pro synymo erratim in Monachiensi Catalogo subjungitur plane discedens: mari minus frequenti atque statura lubenter minori, utpote in affinibus (*aeroso*, *scabriuscuso*) areæ abdominis dorsales duplo saltem vel triplo quam in foemina segmentis anterioribus majores. Cæterum plerisque generis Melœ speciebus hæc duo notæ masculini

sexus propriae, videlicet abdominis segmenti ultimi structura supra indicate nec non areae dorsales majores.

Id. var. *Latreillei* Leach Anglia? Latreille = *M. scabriusculus* Brandt ♂ minor.

Meloe rugulosus Zieg. Gall. mer., Hispania, Styria, Podo-
lia mer. Besser, Hungaria = *M. scabriusculus* et *M. rugosus* Marsh.
commixti.

Id. *semipunctatus* Stev. Ross. mer., *microthorax* Steven
Tauria = *M. rugosus* Brandt.

Id. var? Gall. mer., Liguria Spinola, Pedemontio, *autumnalis* Ullrich Italia, *autumnalis* Leach, *rugosus* Marsh. Latreille Anglia = *M. rugosus* Marsh. ♂ ♀: postremus ex Anglia mas, sta-
tura parvus variat thoracis lateribus ante medium utrinque leniter
angulatis, porrectis.

M. rugoso summa probabilitate referendum suspicor *M. bili-
neatum* Arragona, cuius descriptio huic speciei apud nos sat obviae
apprime convenit, fortuito casu male exortum unicum specimen ely-
tra costula basali obliqua instructa auctoris examini praesto fuit;
relinqu patria Sicilia vel Sardinia in recentioribus Catalogis emen-
danda, qua propter in agro Ticinensi, italice *Pavia* repertum.

Id. *pullus* Hoffmannsegg Lusitania, *murinus?* Brandt Sicilia,
Hisp., Algiria = *A. murinus* Brandt ♂ ♀; e tribus lusitanicis, qui
in coll. extant, duo mares immaturi, ferruginei, tertius ad *M. Bau-
dueri* Grenier certe referendus, cuius ejusdem speciei duo mares ex
Hispania a D. Ghiliani relati hue a D. Breme adjuncti. *M. Bau-
dueri* et a me ipso in Sardinia repertus, optime distineta species
tum decriptioni, tum typico gallico D. Bauduer specimini omnimodo
conveniens: praeter lurido-flavescentem villositatem, capite thorace-
que variatim convergentem, elytris brevinseculam abdomineque aequa-
liter distributam, antennae huic quam in congeneribus (solo *caelato*
Reiche excepto) graciliores atque magis elongatae; maris insignia
sive areis dorsalibus, sive abdominis segmentis ultimis utpote in
proxime affinibus (*rugoso*, *murino*, *scabriuscule*) prorsus identica.

Id. Oriente Galle = *M. scabriusculus* ♂ cui subjunctum spec.
e Hierosolyma Truqui = *M. rugosus*, etiam Cypro obvius.

Ex descriptione mutilatum unicum spec. nom. *fascicularis* Ar-
rag. descriptum ad *murinum* Brandt referendum meo judicio videtur.

M. scabrosus Ill., *majalis* Ol., *variegatus* Leach Austr.,
Hung., Parisiis, Anglia Latreille = *M. variegatus* Donov.

Id. var. *cupreus* Hoffm. Hisp. = *M. variegatus*, mares capite

thoraceque paulo latiore atque obsoletius impresso confertim rugoso-punctatis, purpureis, elytris cupreis vel virescenti-cupreis.

Meloe aeneus Latr. Hisp., Perpignan, *sardous* Gené Sardinia, Sicilia Lefebvre = *M. purpurascens* Germ. cui pro synonymo subjungendi *M. aeneus* Lap., *Latreillei* Reiche in Cat. Marseul, quo postremo nomine speciem et e Graecia indicatam in collectionibus vidi; Melita et Cypro etiam obvia.

M. cicatricosus Leach Gall. mer., Styria, *cribrosus* Ziegler Hung., *reticulatus* Zieg. Austr., Germ., Dalm., Lombardia Gené = *M. id.*

M. coriarius Hoffm. Germ. bor. Schüppel, *punctatus* Fabr.? Germ. Sturm, *rufiventris* Hung. Friv. = *M. id.* Brandt; etiam Insubria.

M. erythrocnemus Pallas Illyria, Sicilia = *M. id.*; haud raro etiam in Calabria atque Etruria repertur. Hand mihi patet qua recta ratione in recentioribus Catalogis utpote propria atque ab hac distincta species *M. corallipes* Dahl Gebler instituatur; postremi veruntamen hujus auctoris comparativae, quae traduntur notae, quibus *corallipes* Dahl a sibirico *erythrocnemo* distinguatur non sat mibi firmae videntur, variabilis utpote in plerisque congeneribus tum thoracis, tum elytrorum magis minusve explicata sculptura; alioquin DD. Brandt et Erichson in *erythrocnemo* describendo sibrica et italica specimina prae manibus habuisse fatentur.

M. limbatus Fabr. Hungaria, Volhynia = *M. id.*, *hungarus* Schrank.

M. uralensis Pallas Sibiria Gebler, *glabratus* Zieg. Hungaria, Podolia Besser = *M. id.*

M. decorus Creutz. Hung. Friv. = *M. id.* Brandt; etiam in centr. Italia.

M. corallifer Ill. Hisp. = *M. id.* Germ.

M. majalis Fabr. Gall. mer., Hisp. mer. et or., iisdem regionibus var. *laevigatus* Fabr. Dufour, *rugulosus* Latr. = *M. id.* Lin. abdominis segmentis modo fascia lutea ornatis, modo concoloribus.

Id. var. *frontalis* Dej. Oran S. Fargean, Constantina = *M. id.* var. *maculifrons* Lucas, cuius etiam ex Hispania vidi, macula frontis interdum plus minusve confusa.

Melo um mihi cognitae species hac methodo discriminari queunt atque hoc ordine distribuendae videntur.

- A. Antennae medio incrassatae.

 - a. Ant. leniter (\female) vel fortiter (\male) medio angulatae.
 - b. Caput inter oculos utrinque sulculo haud impressum.
 - c. Cap. et thorax sat fortiter crebreque punctata *proscarabaeus*.
 - cc. Cap. et thorax subtilius minus crebre punctata, areis
disco impunctatis *cyanus*.
 - b. Cap. et thorax sulculo utrinque impressa *coeruleus*.
 - aa. Antennae rectae *autumnalis*.

AA. Ant. medio haud incrassatae.

 - a. Ant. intus dentatae, art. ultimo apice emarginato . . . *majalis*.
 - aa. Ant. int. non dentate, art. ultimo apice simplici.
 - b. Thorax utrinque rufo bituberculatus *corallifer*.
 - bb. Thorax unicolor.
 - c. Elytra margine interiore testaceo limbata *limbatus*.
 - cc. Elytra unicolora.
 - d. Tarsi anter. art. 4 primis in \male subtus fulvo-spongiosis.
 - e. Niger, opacus, capite thoraceque subtiliter, disperse
punctatis *uralensis*.
 - ee. Cyaneus aut violaceus capite thoraceque sat fortiter
punctatis *decorus*.
 - eee. Cupreus, capite thoraceque transversim subbellyptico
crebre punctatis *aeneus* Tausch.
 - dd. Tarsi in utroque sexu inferne nigro vel griseo-villosi.
 - e. Abdominis dorsum unoquoque segmento area cornea,
postica versus sensim majore, nitida ornatum.
 - f. Cap. et thor. fortiter punctata, rugosa; thorax trans-
versim subquadratus, planatulus, postice utrinque haud
gibbosus.
 - g. Thorax basin versus attenuatus, antice utrinque an-
gulatus *cicaticosus*.
 - gg. Thorax basin versus vix vel haud attenuatus, an-
gulis anticis rotundatis.
 - h. Niger, haud metallico-varius.
 - i. Pedes concolores, abdomen plerumque rufo-ma-
culatum *coriarius*.
 - ii. Femora rufa, abdomen unicolor . . . *erythrocnemus*.
 - hh. Metallescens, viridi, violaceo et purpureo varius.
 - i. Thorax disco utrinque leniter impressus, elytra
granulis parvis crebrisque rugata *variegatus*.
 - ii. Thorax disco utrinque profundius impressus, elytra
areolis nitidis, radiatis, minus densis ornata *purpurascens*.

- ff. Caput et thorax subtiliter punctata; thorax transversim plus minusve reniformis, postice plerumque bigibbosus.
- g. Ant. filiformes, articulis 4—10 crassitie duplo saltem longioribus.
- h. Pubes corporis fusca, parum conspicua, parca . . . *rugosus*.
- hh. Pubes corporis cinereo vel fulvescente nitens, variatim saepe in thoracis disco disposita.
- i. Pubes elytris variatim, abdominis dorso fasciculatim distributa.
- k. Thorax lateribus subrectis, antice angulatis; elytra foveolis distincte impressa *murinus*.
- kk. Thorax later. regulariter rotundatis; elytror. foveolis parum impressis vel obsoletis *nanus* Lucas.
- ii. Pubes elytris abdominalisque dorso uniformiter distributa; elytra haud foveolata.
- k. Caput immaculatum; ant. longissimae, art. 4—10 crassitie plus quam triplo longioribus *Baudueri*.
- kk. Caput plus minusve rufo-maculatum.
- I. Caput sat fortiter, dense uniformiterque punctatum, macula parva inter oculos sanguinea *chrysocomus* Miller.
- II. Caput subtiliter inaequaliterque parcus punctatum, macula magna aurantiaca vel obscure sanguinea fronte posteriore ornatum *sericellus* Reiche.
- gg. Antennae moniliformes, art. 5—6 parum vel sesqui tantum crassitie longioribus.
- h. Ant. apicem versus attenuatae; elytra coriacea *scabriusculus*.
- hh. Ant. apice nullomodo attenuatae; elytra densius rugoso-vermiculata, saepissime cyanescens *pygmaeus* Redt. Muls.
- fff. Caput et thorax brevis, postice vix gibbosus, subtiliter punctata; antennae apicem versus incrassatae . . . *brevicollis*.
- ee. Abdominis segmenta dorsalia anteriora areis corneis destituta.
- f. Caput, thorax et elytra grosse profundeque punctata; thorax angulis omnibus rotundatis, major *tuccius*.
- ff. Caput, thorax et elytra subtilissime parceque punctata, laevigata; thorax antice lateribus distincte angulatus, parvus *luctuosus* Brandt.
Species uti videtur perquam rara, unicum olim ex Italia mer. accepi, nuperrime copulam D. Ragusa e Sicilia donavit.
Tarsis in mare infra fulvo-spongiosis *aeneum* pone methodice collocandus forma et structura singularis *M. caelatus* Reiche, cuius

unicum spec. ex algirica regione El-Kantara Doctor Puton communicavit: antennis autem longissimis, cylindricis, thorace praesertim subcylindrico, latitudine, in hoc mare, tantisper longiore, elytrorum peculiari sculptura ab omnibus enumeratis longe discedit. Pedum anticum tarsis articuli primi sat perspicue dilatati, tres primi subtus fulvo-spongiosi, intermediis duo dumtaxat, posticis primus solummodo subtus fulvo-spongiosi, abdominis segmentum ventrale ultimum ut in plerisque congeneribus apice incisum; dorsalia segmenta omnia nitida, cornea.

Cerocoma Olivieri Dej. Persia Latreille = *Cerocoma Scovitzii* Fald. Kraatz ♂♀. Variant Asiae minoris specimina corpore nigro, abdomen nigro-cyaneo, elytris laete coeruleis.

Ead. var. *Scovitzii* Fald. Persia occid. = *C. ead.* var. abdominis segmentis quatuor primis rufis, caeterum pictura et forma cum genuina consona.

C. Barthelemyi Dej. Syria Barthelemy = *C. Mühlfeldii* Sch. ♂♀ var. capite thoraceque pro statura angustioribus, hoc minus elongato, suborbiculari, pedibus cum coxis 4 anterioribus fere in integrum trochanteribusque in mare testaceis, coxis omnibus trochanterumque posticorum apice in foemina corpori concoloribus; antennarum art. 6 in mare infra villis nigris ornato, quod et in Rossiae mer. speciminibus interdum contingit.

C. Schaefferi Fabr. Parisiis, Gall. merid., Hisp., Rossia = *C. ead.* Lin.

Ead. var. *affinis* Steven Ross. mer. = *C. ead.* ♂♀ minor, femoribus, posticis praesertim apice vix vel parum testaceis, thorace interdum paulo minus punctato.

C. Mühlfeldii Sch. Hung., *patelligeru* Meg. Podolia, Gall. mer. Solier, Corfu Parreyfs, *micans* Fald. Pers. occ. = *C. ead.* ei commixta var. *Kunzei* Waltl: *micans* e Persia foemina elytris cyaneo-violaceis varians. *C. Kunzei* complura specimina hoc nomine in collectionibus indicata nullo firmo, meo judicio, nec magni momenti charactere a genuina *Mühlfeldii* se Jungi possunt; enimvero quod maxime ex auctorum descriptionibus emergit, ex antennarum in mare articuli ultimi forma, variabile prorsus, iste nempe modo anterius magis emarginatus intus versus angustior transversalis videatur uti pro *Mühlfeldii* descriptus, modo transversim plus minusve brevior, seu extrorsum paulo magis rotundatus, anterius minus emarginatus, intus minus attenuatus utpote *Kunzei* attributus, duas attamen inter extremas formas multiplices transitus incertum saepe animum ducunt. Capitis pictura etiam valde variabilis, antice ad

et inter oculos utrinque plus minusve late in mare rufescens, fronte ipsa medio modo rufa lineola plus minusve late ad ejus medium adscendente rufa, interdum. uti plerumque in foemina, in punctum medium concisa; maribus omnibus tarsorum anticorum articulus secundus apice incrassato-dilatatus ac supra elevatus. Imo var. *cupreae* Dahl specimina omnia quae vidi, a D.Frivaldszky tum hoc, tum *Kunzei* nomine e Turcia missa, corpore supra purpureo-cupreo, antennarum in mare structura ad genuinam *Mühlfeldii* potius spectant. Ejusdem sexus antennae articulo sexto haud raro insignes, margine interiore appendice longa, filiformi, medio curvata non solum sed et infero leniter extrorsum versus pilis flavis, rigidis, longiusculis radiatim ornato, qui aliis vel mutilati vel deficiunt. Demum plerisque fere regionibus ubi una, etiam altera forma repertur.

Cerocoma Schreberi Fabr. Hisp., Gallia merid., ♀ *Vahlii* Fabr., Etruria Passerini, Pedemontio, Hungaria, Podolia, Graecia D'Urville, Oriente Latreille, Italia = *C. ead.* ♂♀.

Ead. var. *festiva* Esch. Persia occid. Falderm. = *C. festiva* Fald. ♀ supra laete cyanea, capite thoraceque parcus punctatis, nitidioribus, antennarum articulis mediis minus oblique transversis, ultimo paulo minus elongato praeter abdominis picturam praecipue distincta.

C. concolor Dej. Barbaria, Oran et Algerio = *C. Vahlii* Fabr. ♂♀ et var. *chalybaeiventris* Chevr.; sp. etiam Marocco vivens, palporum maxillarium articulo tertio infra, ultimo fere toto nigro in mare variat.

C. Latreillei Dej. Patria ignota Latreille = *C. ead.* unicum multilatum spec. capite abdomineque carens a congeneribus aptenus distinctum videtur thorace, scutello, metasterno, mesosterni epimeris pedibusque cum coxis omnibus rufo-testaceis, elytris laete viridibus, mesosterno nigro-piceo. Parum dense fulvescente-pubescent thoracis forma et ambitu *C. Schaefferi* prope accedit, at major, illo parcus, tantisper fortius punctato, elytris subtilius fere quam in *Schreberi* rugoso-punctatis, pube brevi, depressa densius obtectis. Pedum anticorum structura marem demonstrat, tibiis costula supera nulla, haud trigonis, a basi parum remote sensim apicem versus dilatatis, irregulariter apice truncatis, extus nempe recte, intus et antice oblique emarginatim terminatis, lamella insuper basi latiuscula, apice arcuatim acuminata, super tarsorum articulum primum procumbente munitis, utpote tarsi flavescente longe-ciliatis, horum articulis eadem fere ratione constructis, paullo magis, retrorsum potius dilatatis.

Collectionibus perspectis hae insuper species innotuere; *C. glo-*

riosia Muls. mas e Sibiria, foemina ex Asia min. *C. Schraderi* Kr. ♂♀ e Cypro, tum ♀ e Rossia merid.? corporae laete cyaneo, pube superne, elytrorum praesertim, erecta, fusca vel nigra; graeco specimini ♀ grisecente, corpore viridi; cyprio mari antennarum art. 6 uteptate interdum in *Mühlfeldii*, nigro infra penicillato; hujusce demum spec. ♀ e Calabria indicatum hue quoque pertinere videtur, etsi statura paulo majus. *C. Dahlii* Kr. ♂ ex Austria, ♂♀ e Graecia modo viridis, modo cyanea.

Cerocoma praeusta Dej., *Steveni* Fisch. Rossia merid. = *Rhampholyssa Steveni* Fisch. ♂♀.

(*Diaphorocerae* Heyd. et e *Cerecomariis*, speciem olim in primo suo orientali itinere collectam D. Truqui dedit ad *Kerimii* Fairm. referendam.)

(*D. promelaenam* et *chrysoprasin* Fairm. in Algeria a D. Thibault collectas D. Oberthür amice tradidit.)

Dices ocellatus Ol. Aegypto Olivier et Solier = *Coryna ocellaris* Ol. sec. Marseul.

D. argentatus Fabr. Senegal, *ocellaris* Ol. = *C. ead.* Duo genuina plura sequuntur e Guinea a D. Breme addita, quae hue referenda videntur, elytrorum maculis invicem magis conniventibus.

D. erythrocerus Dej. Arabia Klug = *C. trigina* Kl. minimum unicum specimen hue certe meo judicio referendum, cum descr. cl. Marseul sat apte, statura excepta, conveniens. Alio loco eadem capsula repositum specimem absque patriae indicatione, Africes certe, hue quoque verisimiliter spectat; corpore paullulum breviore, convexiore, postice paulo magis ampliato variat, macula elytrorum dorsali baseos breviore latioreque, magis suturae intus approximata, serierum sequentium maculis singulis invicem per paria fasciae instar connatis.

(*D. fasciatus* Kl. Aegypto = *C. lata* Reiche, elytris luteo-sulphureo fasciatis et in Algeria obvenit.)

(*D. .?* absque patriae indicatione a D. Breme = *C. birecurva* Mars. elytris rufo-ferrugineo maculatis, macula extima baseos in duas scissa).

D. fimbriatus Dej. Senegal Leprieur = *C. mylabroides* Cast. ab aegyptiis haud discedens. Spec. e Senaar nom. *Reichei* Dej. ei parum procul repositum, quod etiam ad *mylabroidem* referendum suspicor, corpore paulo magis elongato, thorace dimidio postico paulo latiore variat; macula elytrorum linearis baseos magis elongata, extus parum angulata, leniter curvata, media distinctius biloba

ac magis oblique cum marginali conjuncta, limbi marginalis flavescentia pone humeros haud dilatata.

(*D. . . ? Aegypto, Mylabris alternans* Waltl a D. Breme = *Mylabris (Ceroctis Mars.) corynoides* Reiche foeminae majores.)

(*D. confluens* Kl. Romelia Frivaldszky, M. Sinai Truqui = *C. ead.* et var. *picta* Turcia Frivaldszky elytrorum maculis nigris valde imminutis, anteriore suturam secus nulla. Caeterum collectionibus omnibus italicis nullum prae oculis spec. praesto fuit, quo nigredo elytrorum adeo diffusa veluti a D. Marseul delineatur.)

(*D. distinctus* Chevr. Oran S. Fargeau = *C. ead.* Siculis saepe-saepius elytrorum maculae partim vel ex toto deficiunt, ea nom. *sicula* Spin. in coll. indicata.) *)

*) *C. distinctae* affinis algirica species nec dum forte descripta: *C. 7-punctata. Nigra, subcylindrica, capite thoraceque nitidis, parce punctatis; elytris testaceis, macularum seriebus tribus ornatis, anteriore et media nigro-tripunctatis, postica unipunctata; antennis apice abrupte clavatis.* — Long. $2\frac{1}{4}$ — 3 lin.

Parva, nitidula, capite thoraceque longius, elytris brevius parcusque nigro-villosis, *distincta* convexior, magis cylindrica, minor, hisce praesertim abscedit: caput vix parcus, profundius punctatum, antennarum funiculo evidenter graciliore, septem articulato, articulo septimo praecedente paulo tantum crassiore, octavo abrupte majore, cupuliformi, cum nono clavam formante ac cum eo arctius connato: thorax relative paullulum angustior, parcus, sat profunde punctatus, foveola baseos antescutellari profundiore impressus: elytra minus subtiliter rugoso-punctata, aliter nigro - punctata; serie nempe prima ad trientem anticum e punctis tribus triangulariter positis constans, medio anteriore et interno a sutura remoto posteriore majoribus, extimo minore, juxta longitudinem medio; series altera e punctis itidem tribus similiter dispositis, extimo autem et interiore suturae proximo majoribus, aequa lance pone medium, intermedio minore paulo anterius; macula demum unica leniter transversa in quadrante postico: corpus infra parcus obsoletiusque punctatum, parce nigro-vilosum.

A D. Renato Oberthür ad Biskra Algiriae inventa atque amice donata.

Coryna Allardi Mars. ab eodem et e Biskra tradita antennarum art. quatuor ultimis etsi arete connatis, at distinete 11 articulatis inter *Mylabres* genuinas recensenda.

Dices Billbergi Schh. Gall. mer., *clavicornis* Ill. Hisp., Sicilia = *C. ead.* Gyll. E pluribus hispanicis una variat, statura e minimis, nitidior, capite thoraceque minus crebre punctatis, elytrorum prima serie e punctis normalibus, paulo majoribus; seriei mediae punctis maxime dilatatis, fasciae instar invicem in utroque elytro omnibus conniventibus, fascia extus marginem secus dilatata ac postice producta, punctum subapicalem majorem attingente, marginem ipsum apicemque nec non per suturam postice circumfluente; pedibus piceis, antennis brunneis.

Specimen accedit, Syria Latreille, e majoribus, capite thoraceque planatalis, relative latioribus, crebre rugoso-punctatis.

(*D. 8-maculatus* Mannh. *Turcomannia* Mannerheim = *Mylabris Tauscheri* Fisch. Mars.)

Mylabris herculeana Kl. Arabia Klug = *M. (Lydocerus* Mars.) *fasciata* Fabr.

(*M. .?* Aegypto a D. Breme = *M. ligata* Mars.)

(*M. .?* Aegypto a D. Breme = *M. tristis* Reiche verisimiliter: typico quod in coll. prostat abyssinico specimine ab auctore tradito statura majore varians, elytrorum fascia anteriore interdum interrupta, posteriore ad trientem internum retrorsum arcuatim ampliata, extrorsum aliquando a parte marginali disjuncta solummodo discedens.)

M. bicincta Kl. Arabia Klug = *M. maculiventris* Klug.

(*M. duplicata* Kl. Arabia = *M. zonata* Kl. Marseul.)

M. maroccana Dej. Tangeri, Oran, Bone = *M. oleae* Cast.

M. intersecta Latr., *conspicua* Kl. Sturm Cat. Syria, M. Libano, Sennaar = *M. syriaca* Kl.

(*M. excellens* Kolen. Persia a D. Breme = *M. interrupta* Kl. altero maculis lateralibus duobus primis marginem secus colligatis, altero sejunetis.)

(*M. .?* Arabia a D. Breme = *M. arabica* Pall. corpore modo nigro, modo densius griseo-villoso.)

(*M. .?* Arabia a D. Breme = *M. femorata* Kl.)

(*M. .?* Arabia et Bengalia a D. Breme = *M. Goryi* Mars., bengalensi elytris fascia anterior obsoleta, solummodo macula lineaque juxta suturali adumbrata, media intus quam solito majore, extus attenuata atque abbreviata.)

M. bifasciata Billb. et var. *Afzelii* Billb. = *M. terminata* Ill. et varietates *b*, *c*, *d*, *e* sec. Billberg, quarum ultima cum *ustulatae* Reiche, Marseul descriptioni mea sententia plane congrua videtur, quamobrem species huc quoque memoranda, etiamsi omnia

quae inspexi specimina e Senegambia ac Sierra Leona patriam ducant. Varietati huic nempe elytra luride-testacea, basi anguste cum humeris ac circa scutellum brunnea, apice sat late nigra, hue subtilius densiusque quam in quaterno anteriore punctata. Hanc plurae statura sensim majora, magis magisque nigro coloratae varietatis praefixa, quibus modo elytra fascia atra pone medium ornata, modo maxima pro parte nigra, macula prope basin dorsali, postice late cum fascia transversa submedia testacea confluenta, fascia postica insuper integra nec non macula parva subhumerali testaceis; modo macula baseos rotunda, nigredini plane conglobata, maculaque humerali parva cum fasciis testaceis ornata; modo demum maculis dorsali atque subhumerali nullis. Omnibus corporis structura atque sculptura prope identica, pallidis elytrorum tegumentis punctura minus crebra, profundiore.

Mylabris Afzelii Billb. sec. Dejean ad aliam plane distinctam speciem spectat.

M. aestuans Kl. Arabia Klug = *M. ead.* ♂♀ et *M. zonata* Kl. ♀ antennarum nempe articulo ultimo integro; ex corporis totius habitu nec non abdominis structura mari tribuenda opinor specimina ant. art. ultimo apice oblique truncato, subemarginato.

M. cincta Ol., *tiflensis* Billb., *interrupta* Latr. Oriente = *M. ead.* var. elytrorum fasciis rufo-testaceis magis dilatatis.

Ead. var. *tiflensis* Fald., *Malthesii* Fald., *fasciato-punctata* Faldm. Persia occid., Graecia D'Urville = *M. ead.* genuina frequentior, elytrorum fasciis nigris parum vel vix rufo-testaceis latioribus.

Ead. var. *fasciato-punctata* Stev. Caucaso = *M. ead.* var. *Matthesi* Fald. sec. Marseul, fascia elytrorum nempe anteriore extus atque ad suturam abbreviata. Huc additum spec. ex Aegypto fasciis elytrorum nigris latioribus, anteriore suturam secus angulatum cum media conjuncta.

M. tricincta Dej. Tangeri, Barbaria, *rubripennis* Chevr. = *M. variabilis* Billb. var. *tricincta* Chevr. fascia elytrorum antica vix vel haud suturam secus producta: vulgatissimae speciei duo sat distinctae soboles sejungendae videntur, quarum prime genuina *variabilis* orta, capite thoraceque subtiliter distincteque, plus minusve dense punctatis, intersticiis nitidulis, sublaevigatis, elytris flavis, testaceis vel lurido-testaceis Europae merid. et or., Asiae occid. etc. incola praesertim videtur; altera *tricinctae* Chevr. quodammodo inixa, capite thoraceque crebrius, hoc maxime, subrugose punctatis, elytris luteis vel auranthiacis, saepius rufo-sanguineis per Africam

borealem magis diffusa videtur, ejus varietates *Guerinii* et *rubripennis* Chevr. nec non plures elytrorum nigredine maxime diffusa, fasciis rufis immunitis, media vel posteriore in maculas decompositis.

Ead. Bona Koenig = *M. variabilis* var. *lacerae* Küst. elytrorum pictura respondens.

(*M. Pelletieri* Dej. Oran S. Fargeau = *M. variabilis* Billb. statura parva et brevior, elytris flavo-testaceis, maculis fasciisque fere ut in *rubripenni* dispositis, nigredine terminali utrinque plus minusve, interdum sat late marginem secns ad fascie posticae fragmementum extimum adscendente.)

Mylabris variabilis Ol. Gall. merid., Italia, Helv., Dalm., Hung., Ross. mer., Volhynia, Balkanis Friv., Tauria Latr., Persia occid. Faldermann = *M. ead.* Billb. et varietates.

Ead., *Sturmii* Stentz Tyrolo = *M. ead.* var. angustior, elytrorum nigredine magis diffusa, maculis testaceis fasciisque valde immunitis, sat in Pedemontio, Alpibus praesertim obvia, minoribus interdum macula baseos fasciaque media obsoletis vel vix perspicuis.

Ead. var. *fasciato-punctata* Adams Ross. mer. Mannh. = *M. ead.* var. *fasciata* Fuessly et apud nos sat frequens.

M. lacera Meg. Italia, Neapoli Latreille, Sicilia Lefebre = *M. variabilis* var. *lacera* Küst.

M. mutabilis Dej. Hisp., *angulosa* Dufour, Sicilia = *M. variabilis* plures varietates fasciis nigris antica et media singula modo, ambobus interdum etiam plus minusve discisis vel abbreviatis, anticae macula interiore suturam versus arcuatim eamque secus producta, aliis macula plus minusve oblitterata; quibusdam normaliter fere depictis fascia nigra posteriore nulla, ad suturam solummodo adumbrata, aliis e contra fasciis atris maxime dilatatis, quo fascia testacea media ad suturam valde constricta, extus latior, a margine discreta, postica anguste taeniata, extrosum interrupta.

M. melanura Pall., *4-punctata* Billb. Schönh., *8-punctata* Ol., *10-punctata* Ol. Gall. mer., Hisp., Barbaria, Oran, Podolia, Corfu Parreyss, Ross. mer. Fischer, Tauria Steven, Persia occid. Faldermann = *M. 4-punctata* Lin. varietates, quas inter numero eminent var. *melanura* Pall. Muls.; intermixta ex hispanicis et gallicis var. *Maldinesi* Chevr. quo pariter spectat hungaricum spec. nom. *Schreibersi* Dahl, a sequente plane distincta.

Ead. var., *4-notata* Zieg. Sicilia, *terminata* Chevr. Barbaria, Oran = *M. Schreibersi* Reiche.

Mylabris floralis Pall. Ross. mer., Hisp. = *M. 4-punctata* Lin. varietates.

Ead. Hisp. = *M. 4-punctata* var. *Maldinesi* minor elytris testaceis, punctulis duobus antice margineque angustiore terminali nigris solummodo notatis.

Ead., *ninivea* Koll. Mesopotamia = *M. 4-punctata* varietates: addita e Syria Truqui.

Ead. *fasciato-punctata* Adams Ross. mer. Fischer, Tauria Steven = *M. variabilis* varietates, quibus *pusillae* Tausch. spec. accedit.

Ead. *Barbaria* = *M. variabilis* var. corpore brevior, postice magis dilatata, fascia antica nigra in maculas duo divisa, postica angustiore, undulata vel e maculis transversim connatis composita. Conforme accedit hispanicum spec. a D. Ghiliani varietatis hujusce sat singularis, eo quod corpore breviore faciem suam quandam a genuina sat distinctam praebet; variat haud raro seriei posticæ maculis plus minusve inter se discretis, interiore suturæ contigua, cum socia sua communem suturalem maculam efficiente; a D. Frivaldszky e Smyrna olim nom. *confluens* missa, in orientali extrema Italia ad Brandusium et Hydruntum sat obvia var. *melanura* Petagna verisimiliter.

Ead. var. *Adamsii* Fisch. Persia occid. Falldm., Ross. mer., Tauria Steven, Syria Barthelemy = *M. bimaculata* Kl. Anatol. et Caucasi incola.

M. aegyptiaca Dej. Aegypto Lacordaire, *apicalis* Waltl, *Luxorii* Sol., *bimaculata* var. Kollar = *M. apicipennis* Reiche cum varietate elytrorum seriei mediae punctis in fasciam subinterruptam, leniter extrorsum curvatam, marginem non attingentem compositis. Specimen minus accedit, minus maturam, antennis pedibusque piceis.

M. cingulata Latr. Oriente Latreille = *M. ead.* Falld. antennis mutilata, caeterum cum D. Marseul descr. congrua.

Ead. *succincta* Falld. Persia occid. Falderm. = *M. colligata?* Redt. Marseul: a praecedente, cui in Catalogis pro synonymo *succincta* Falld. subjungitur plane distincta: corpore major, elytris longioribus, rufo-testaceis, nitidis, capite thoraceque parce subtiliterque punctatis, nitidissimis, hoc latitudine longiore, ante apicem pariter attenuato, at utrinque solummodo sat compresso, dorsi sulculo transverso aptenus obsoleto; antennarum articulis mediis apicalibusque intus apice ciliatis, ultimo intus sat oblique emarginato, apice acutissimo, ciliorum fasciculis binis; elytrorum fascia pone medium identidem parum lata, subrecta, macula terminali extrorsum angu-

stiore, emarginata, suturam secus sat producta; abdomine densius punctulato.

Antennarum praesertim structura *colligatae* Redt., prout a D. Marseul delineata, proxima, at dubiosus summopere an illi tribuenda, an potius pro peculiari habeam specie; enimvero corpus ei elongatum potius quam oblongum, caput et thorax multo parcus punctata, nitida; thorax latitudine longior, antice dorso haud transversim impressus, vix constrictus; elytrorum fascia angusta nec lata, macula terminalis sat medio ad suturam producta.

Mylabris bipunctata Ol. Arabia Olivier = *M.* ead.

M. pusilla Ol. Ross. mer. Mannerheim, Steven, Podol. austr. Besser, Kirghisorum deserto Zubkoff, *pusilla* Tansch. Sibiria Gebler = *M.* ead. In Aprutii montibus sat copiose festueis atque in Compositae floribus collegi: variat elytrorum maculis fasciisque nigris abbreviatis minoribusve, laterali anteriore humerum non attingente, macula antica interiore in punctum a sutura discretum conversa, fascia media suturam versus valde attenuata.⁹⁾

M. Gebleri Fald. Persia occid. Faldm. = *M. syriaca* Kl. var. *Gebleri*; statuta dimidio prope minor, capite thoraceque minus crebre punctatis, elytris paulo densius rugosis, fasciis nigris angustioribus, anteriore medio constricta, quasi e maculis duabus connatis composita, terminalis margine antico medio fortius angulata.

M. Frohlovi Fisch. Sibiria, Tataria Gebler = *M. splendidula* Pall. var. *Frohlovi* Gebl.

Ead. var. Sibiria Gebler, *splendida* Pallas Kirghisorum deserto Mannerh. = *M. splendidula* et var. *bivulnera* Pall.

M. quadrisignata Gebl. Tataria Gebl. = *M.* ead. Fisch.

M. sanguinolenta Ol. Aegypto Olivier = *M.* ead.

(*M. Latreillei* [Klug?] Billb. Aegypto = *M. sanguinolenta* Ol. var. elytris minus cylindricis, apicem versus leniter ampliatis, dorso subplanatis, flavo-sulphureis.)

M. Tauscheri Esch. Sibiria Gebler = *M. solonica* Pall. var.: elytrorum pictura sat variabilis, saepius a D. Marseul descr. descendens, quatenus fascia elytrorum media interdum pro parte evanescit vel maculis transversim positis solummodo adumbrata, macula subapicalis e contra plus minusve suturam versus producta. Et e Caucaso speciem vidi a *floralis* varietate affini mea sententia distinctam.

⁹⁾ Huic varietati facie proxima *tauricola* Mars. ejus spec. e Syria a D. Bauduer benevole examini praestitum, descriptioni apprime congruens ac plane distincta species.

Mylabris Fuesslini Panz. Hungar., Podolia austr., Besser, Ross. mer., Austria Ullrich, Gall. mer. Solier = *M. floralis* Pall. elytrorum maculis fasciisque luteo-testaceis, plerumque latioribus.

Ead. var. *australis* St. Ross. mer. = *M. floralis* var. angustior, capitis thoracisque villositate pilis griseis commixta, elytrorum fascia antica discissa, macula interiore parva, punctiformi, a sutura discreta: ejusmodi et a Serbia Stentz, e Smyrna Frivaldszky olim miserunt. Specimen accedit a Silbermann, e statura majoribus, pictura abnorme, elytris nempe triente antico nigris, nigredine retrorsum arcuatim ad suturam late diffusa, macula baseos dorsali magna, appendice testacea virgulae instar postice suffulcta, fascia nigra media in maculas tres decomposita, suturali anchoraeformi, posteriore ad suturam late abbreviata. Tertium spec. Graecia Latreille ad *zebraea* Mars. spectare videtur, minor, puncto nigro anteriore suturae proximo, fasciis media et posteriore subintegris: genuina *zebraea* nom. *Kotskyi* Koll. e Mesopotamia alias a D. Breme reposita, Syriæ et Persiae occ. etiam incola.

Ead. var. *floralis*? Gebl. Sibiria Gebler = *M. floralis* var. elytrorum fascia media plerisque angustiore, antica interdum medio disjuncta.

M. spartii Germ. Dalm., Styria, Illyria, Helv. Lasserre, Alpibus Baker, Gall. mer., Solier, Hisp. Dufour, Caucaso Steven = *M. floralis* Pall., *Fuesslini* Panz. Muls. dalmatina praecipue elytris rufo-testaceo maculatis insignia.

Ead. var.? Graecia D'Urville = *M. floralis* var. corpore paulo crassior, fasciis nigris integris, macula testacea baseos dorsali breviter transversa, postice emarginata, sublunata, fascia posteriore testacea extrorsum abbreviata; var. *agilis* Friv. in litt.

Ead. var. *Gyllenhalii* Dej. Gall. mer. = *M. floralis* var. nigredine elytris maxime diffusa, macula testacea baseos parva, oblongo-ovata, fascia anteriore utrinque valde abbreviata, virgulae crassae instar efformata. Consimilia et in Pedemontio rarius occurunt.

M. Dahlii Dej. Hung., Gallia merid., *minuta* Besser Podolia, Chersoneso, *Fuesslini* var. Ross. mer. Steven et Mannerheim, *floralis* Stev. Sahlberg = *M. floralis* Pall. var. *Dahlii* Mén. statura plerisque utpote in hungaricis parvula, fascia elytrorum antica atra interdum plus minusve pone maculam basalem flavam dis juncta.

Ead. var. *australis* Parreyss Corfu, Balkanis Friv., *australis* Friv. Hung. = *M. floralis* varietates genuina *Dahlii* paulo maiores, elytr. nigredine baseos nec non fasciarum magis dilatata, quo

macula et fasciae flavescentes valde imminutae, saepius magis flexuosae.

Ead. *minuta* var. *Sibiria* Gebler et Steven = *M. floralis* var. *minuta* Fabr. statura *Dahlii*, elytrorum nigredine magis magisque diffusa, macula flava antica minore, interdum postice profunde emarginata, fasciis flavis angustioribus, saepe magis flexuosis, prima extrosum valde abbreviata vel dimidiata ad sequentem gradatim adducit.

Mylabris minuta Fabr., *atrata* Ol. *Sibiria* Gebler = *M. floralis* var. *atrata* Pall. elytrorum inacula baseos fasciaque anteriore nullis, posteriore integra aut utrinque abbreviata, statura parvula. Nonnullis ex utraque varietate speciminibus tum in Dejeaniana tum in aliis collectionibus sedulo examinatis, rectum videtur gallici Collectoris criterium, quo varietates gradatim *M. Dahlii* supposuerit, quacum omnimode corporis structura atque sculptura congruant; illa porro per varietatem *australem* Parr. et apud nos obviam, ambobus intermediate ad genuinam *floralem* conformitate juncta.

Picturae ratione oppositum alias a D. Breme syriacum specimen situm, *florali* pro varietate (*nigrita*) referendum: e statura majoribus, subcylindrica; nigra, nigro-pubescent, nitidula, elytris macula basali in dorso interiore, obliquatim scutelli lineam ab eo remote percurrente, fascia pone trientem anticum transversa integrâ, leniter undulata flavo-testaceis ornatis; fascia postica et macula subapicali maculis minutis quibusdam adumbratis.

M. flexuosa Ol. Helv., Alpibus Pedemontanis, Pyren. or. = *M. ead.* Varietates accedunt ex Italiae mer. Apenninis atque e sicolis Neptuniis montibus elytrorum maculis, seriei mediae praesertim valde imminutis, interiore quandoque punctiformi, interdum obsoleta.

Ead. var., *alpina* Mén. Ross. mer. Ménétr. = *M. alpina* Mén. pluribus a D. Faust in Caucaso collectis conformis, a praecedente distincta meo judicio species.

M. luctuosa Dej. Barbaria Barthelemy = *M. tenebrosa* Cast.

M. variegata Dej. Tangeri Goudot = *M. Goudoti?* Cast. Mars. (*circumflexae* var. sec. Marseul) postremi gallici scriptoris descriptioni forma atque pictura parum dissimilis, vix autem *circumflexae* pro varietate specimina haecce subjungenda videntur; namque praeter aliam elytrorum picturae rationem, corpore validiore discedit, magis praesertim convexo; caput linea longitudinali laevigata distinctiore, longiore maculisque duabus rufis ornatum, antennis longioribus, articulis 6—10 intus magis dilatatis, apice interiore rotun-

dato; thorax subtilius densiusque punctatus, fossula media et impressione baseos profundioribus; scutellum apice latius, uniformiter subtiliterque punctulatum; elytra nitidiora, subtiliter punctulata, interstitiis minus rugulosis, maculis nigris evidenter impressis, basi cum sutura, margine laterali ad dimidium usque rufis, fasciis nigris latis, leniter undulatis, antica utrinque abbreviata, media integra, retrorsum parum a margine procul interdum cum posteriore anguste conjuncta, postica parum ab apice remota, lunula rufa apicali relicta, hanc secus margine ipso suturaque penitus rufis.

Nequidem corporis structura *praeustae* Fabr. convenit, *maculatae* Ol. localis potius soboles, sin propria species *variegatae* nomine indicenda.

(*Mylabris praeusta* Fabr. Oran S. Fargeau = *M. ead.*)

(*M. apicalis* Chevr. Oran S. Fargeau = *M. praeusta* Fabr. var. *apicalis* Chevr. et var. *nigra* Mars.)

M. bissexpunctata Latr. patria ignota Latreille, Algerio, Oran S. Fargeau = *M. circumflexa* Chevr. plures varietates, quas inter insignis var. *scapularis* Chevr.

M. distincta Dej. Tangeri, Oran, *trigona* Chevr. Tuneta = *M. circumflexa* varietates, elytrorum fasciis nigris plerisque integris, latitudine subaequalibus.

(*M. curta* Chevr. Tuneta Chevrolat = *M. ead.* variat fascia elytrorum media interdum suturam usque producta, postica interrupta, uti e converso hac integra, illa ad suturam abbreviata. Tunetam circa olim quoque a R. Musaei Zoologiae Professore Lessona cum sequente collecta.)

(*M. . . Tuneta* a D. Breme = *M. incerta* Kl.; eadem regione (Truqui) variat sesqui major, paulo convexior, elytrorum fascia media dorso interrupta, macula juxta scutellari parva sejuncta, postica in maculas duas oblique positas divisa, interiore suturae contigua, eam pone sutura limboque apicali angustè fuscis. Utpote pluribus congeneribus nigellae varietates et huic referendum censeo spec. e Persia a D. Breme corporis forma et sculptura mea sententia congruum; var. *usta*: nigra, macula baseos dorsali minuta fusca, margine laterali summa basi sub humero, anguste ad trientem anticum et ad posticum ferrugineo, macula apicali, itidem fere ut in *incerta* efficta, luride-testacea solummodo elytris ornata, caeterum antennarum thoracisque praesertim structura conformis.)

M. conjugata Dej. Aegypto Solier = *M. aegyptiaca* Mars. var. macula elytrorum basali rufula magis dilatata, suturam usque producta, relieto spatio circumscutellari nigro. *M. ruficorni* valde

affinis, at capite thoraceque densius, elytris longe fortius crebriusque punctatis pedibusque nigerrimis distincta; corpore, elytris exceptis, pube parum densa, erecta, atra obtecto ab affinibus anten-nis rufis praeditis sane discedens ¹⁰).

Mylabris colon Sch. Aegypto Schönh. = *M. varia* Ol.

M. scabiosae Ol. Syria Latreille = *M. ead.* Specimen acce-dit ex Oran medium quodammodo *scabiosae* inter et *Silbermanni*, huic attamen corpore longiore, macula humerali rotundata, seriei anticae duobus paulo magis a basi remotis referenda; fasciis autem media et postica utpote in *scabiosae* extensis variat.

M. gilvipes Dej. Barbaria Barthelemy, *pizetta* Chevr. Tu-neta = *M. angulata* Kl. var. *gilvipes* Chevr. minor, angustior, pe-dibus dilutius rufescentibus, elytrorum fasciis plerumque subtiliori-bus, prima interrupta.

Ead., *angulata* Kl. Aegypto = *M. angulata* et var. *gilvipes* sec. Marseul.

(*M. incerta* Kl. Aegypto = *M. angulata* var. minor, elytris luteis, angustius atro-fasciatis.)

(*M. nigripes* Waltl Aegypto = *M. angulata* major, elytris sulphureis, latius nigro-fasciatis, fasciis valde angulatis.)

M. tigrinipennis Latr. Aegypto, Nubia, Arabia = *M. men-thae* Kl.

M. 20-punctata Ol. Aegypto Olivier = *M. ead.*

M. Audouini Karel. Turcomannia Karelina = *M. ead.* Mars.

M. ocellata Tausch. Tataria Gebler = *M. ead.* Pall.

(*M. sisymbrii* Kl. Aegypto et Nubia = *M. ead.*)

(*M. 18-punctata* Aegypto a D. Breme = *M. tigripennis* Mars.)

M. 19-punctata Ol. Aegypto Olivier = *M. ead.* Primum spec., verisimiliter mas, antennis distincte 10-articulatis ad *Decatomas* sec. Mars. spectat ejusque descriptioni notis praecipuis consonum, scutello atro, elytrorum maculis anterioribus vix quam posteriores minoribus, macula postscutellari obsoleta solummodo discedens; pedes cum trochanteribus omnibus rufi, abdomen nigrum, griseo-pubes-cens. Duo sequentia sive antennis 11-articulatis, sive corporis structura et pictura adamussim cum *M. 18-maculata* Mars. conferunt, atque praecedentis foeminae meo judicio habenda. Huic conforme e Bis-kra relatum spec. D. Oberthür, hoc nomine indictum, examini subjecit.

¹⁰) *Mylabris aegyptiacae* proxime systematice collocanda *M. bogharensis* Raffr., utpote *scabiosae* mea sententia valde affinis *M. concinna* Mars. e Jericho in coll. Oberthür.

(*M. . . . ? Aegypto* a D. Breme = *M. 14-signata* Mars. var. elytrorum maculis in serie anteriore subaequalibus, seriei posticae interna minore, libera, angulo apicali nigro-maculato.)

Mylabris gratiosa Chevr. Senegal = *M. ead.* Mars. var. elytrorum seriei posticae macula interiore retrorsum suturam secus tantisper diffusa, lineola suturali tenui cum apicali conjuncta. Etiam *Aegypto* sec. Marseul.

(*M. elegantissima* Zubkoff Turcomannia Ménétries, *elegans* Karel. Mannerheim = *M. ead.* Zubk.)

(*M. . . . ? Aegypto* a D. Breme = *M. elegans* Ol. alterum e specimibus variat fascia elytrorum media dimidiata, sat procul a sutura abbreviata.)

M. galamensis Petit Senegal = *M. fimbriata* Mars. patria *Aegypto* ab auctore indicata et ipse quaedam vidi, seriei anticae maculis connatis.

M. ruficornis Fabr. Africa Latr. = *M. ead.* parva specimina.

(*M. . . . ? Algiria* a D. Breme = *M. brunnipes* Kl. var. statura parva, elytrorum fascia postica non modo suturam secus sed et ad trientem posticum usque ad angulum apicalem late producta, maculis luteis subapicalibus duobus distinctis, inaequalibus, obliquis, ovatis.)

M. speciosa Pall. Sibiria Gebler et Fischer = *M. ead.* variat interdum longior, postice pallidior, maculis anterioribus maguis, posticis minutis.

M. 14-punctata Billb., *combusta* St. Ross. mer., Volga Steven, Podolia Besser, Bucharia Fischer, Persia occid. Faldermann, Sibiria Gebler = *M. ead.* Pall.

Ead. var. *famelica* Mén., *Tauscheri* Fald. Persia occ., Syria Becker = *M. fusca* Ol.

M. sericea Tausch., *14-punctata* var. Billb., *Gebleri* Esch. Ross. mer. Maunh. = *M. ead.* Pall.

M. Ledebourei Gebl. Kirghisorum deserto Zubkoff, Sibiria Gebler = *M. ead.*

M. pulchella Fald. Sibiria Faldermann = *M. ead.*

M. bivulnera Sch. Ross. mer., Sibiria Gebler = *M. ead.* Pall. Mars. *splendidulae* Pall. varietas; specimen variat elytris obscure virescentibus, immaculatis.

M. aulica Mén. Ross. mer. Ménétries = *M. ead.* propria species, sive corporis structurae, antennarum atque thoracis praecipue, sive elytrorum picturae collata ratione a *lutea* Pall. sat longe discedens; antennis nempe brevioribus, articulo 3 quarto sesqui saltem

longiore, penultimis evidenter crassioribus; thorace lateribus magis rotundato-ampliato, a medio circiter basin versus attenuato. Habitu *geminatae* quibusdam varietatibus proxima, antennis autem apice paulo crassioribus, elytris minus subtiliter, magis punctato-rugosis, summa basi haud infuscatis, sutura pone scutellum per longitudinis trientem nigra, fascia transversa media flexa, magis irregulari, quasi e maculis tribus appendice exigua invicem coeuntibus ac colligatis, suturali nempe communi mox pone medium suturam secus antice posticeque dilatata, media parva, haud praecedente inferiore, tertia juxta marginem lateralem multo inferiore; maculis posticis in utroque elytro binis, rotundatis, valde obliquatim positis, liberis; anticis tantisper oblongis, liberis, interiore suturae paulo propius quam extima margini lateralii proxima.

Mylabris sexmaculata Ol. Arabia Olivier = *M. superba* Fald. etiam Asia min. Truqui. Ei proximam at notis ab auctore traditis bene distinctam *M. Ledereri* Mars. ex Armenia D. Kraatz dedit, e Syria in Coll. Bauduer vidi.

M. caspica Mén. Ross. mer. Ménétries = *M. impar* Thunb. statura major, thorace fortius punctato, elytrorum fascia postica breviore, retrorsum curvata.

M. spectabilis Fald. Sibiria Faldermann = *M. lutea?* Pall. var. *spectabilis*. Unicum specimen antennis destitutum at elytrorum pictura insigne nonnisi quam dubiosus *luteae* Pall. adscribere censui, facies ejus enimvero longe alia. Elytra rufo-testacea, a quadrante antico ad trientem posticum circiter nigra, nigredine utrinque antrorsum pone humeros rotundatim producta, marginis sui medio guttula obliqua testacea quasi exciso, margine postico medio rotundatim emarginata, utrinque flexuosa, extrorsum a margine procul filamento quodam cum fascia lata, flexuosa ad quadrantem posticum sita, a sutura remota conjuncta: limbo elytrorum undique rufo-testaceo. Elytra praeterea, praesertim ubi nigredine obtecta, paulo minus rugoso-punctata, nitidiora videntur quam in *lutea*, at thoracis prae caeteris forma ei maxima affinitate juncta.

M. bimaculata Ol. Graecia, Athenae Olivier, Peloponneso Duponchel, Graecia D'Urville, Aegypto sup. Mannerh. = *M. maculata* Ol., *calida* Pall. Mars.

M. calida Pall., *maculata* Billb., *decora* Ol. = *M. maculata* statura minor.

Ead. *daurica* Mann. Dauria et Irkutsch Mannerh. = *M. lutea* Pall. var. *daurica* elytris plerisque pallidius flavidis, maculis secundae

seriei connatis, fasciam transversam a sutura plus minusve remota, flexuosam, intus saepe attenuatam formantibus, seriei posticæ maculis distinctis.

Ead., *decempunctata* var. Schönherr, *calida* Gebler Sibiria = *M.* var. *daurica* statura minor, elytrorum maculis posticis modo ambobus, modo interiore tantum obliteratis. Conformatio e Rumelia D. Frivaldszky olim misit.

Ead., *signata* Fald. Sibiria Faldermann et Gebler = *M. maculata* var. *calida* Pall. Billb. 5 spec. statura elongata dimidio vel duplo minore, flavo testacea, elytrorum fasciis minoribus, forma similibus; a *signata* Fald. sec. Marseul summopere abscedere videtur.

Ead. Persia occid. Mannh. = *M. maculata* var. *brevior*, statura media.

Ead. Sibiria Gebler = *M. lutea* var. *daurica* et alterum spec. forma ad genuinam pertinens, paulo validius, elytrorum seriei mediae maculis in fasciam latam, undulatam, integrum connatis dilatatisque, nexus quasi ad var. *spectabilis*, de qua supra, praebens.

M. cylindrica Dej. Hisp., Lus., Gall. mer. = *M. hieracii* Graëlls. Spec. et in Aquitania prope Sos a D. Bauduer copiose collecta.

Ead.? var. Hisp. = *M. Amori* Graëlls var. elytr. punctis nigris minoribus, seriei mediae interiore obliterato. Et Lusitaniae incola.

M. cyanescens Ill. Gall. mer., Hisp. = *M. 12-punctata* Ol. statura varia.

Ead. Oran S. Fargeau = *M. brevicollis* n. sp.: *Ovalis, nigra, griseo-pubescent, thorace transversim subquadrato, crebre uniformiterque punctato; elytris castaneis, basi summa et circa scutellum anguste maculisque nigris sex per tria paria digestis ornatis; antennis sat fortiter clavatis.* — Long. $3\frac{1}{2}$ —5 lin.

M. 12-punctatae Ol. valde affinis, capite cum antennis itidem fere extracto, eodem thoraceque villositate grisea cum nigra commixta obductis, elytris pariter rufo-testaceis, macularum sex in singulo forma et dispositione fere identica: at *brevior*, postice plus minusve ampliata; thorace latitudine evidenter breviore, lateribus a quadrante circiter antico basin usque subparallelo, antice breviter attenuato, dorso aequali, uniformiter crebre, subtiliter punctato, fossula longitudinali brevi media foveaque lata, obsoleta, subtransversa ante basin impresso; elytris obsoletius rugoso-punctatis, interstitiis perspicue subtillime punctulatis, pube fusca nec flavescente, subtiliore indutis, basi summa intra humeros nigris, nigredine scutellum circumdante, maculis itidem ut in *12-punctata* distributis, seriei mediae, posticæ etiam interdum punctis majoribus, posticæ rarius trans-

versis confluentibus, interiore quibusdam nullo; corpore infra nigro-, pectore subtilius griseo-villoso, abdomen obscure cyanescente.

Corpore breviore, antennarum thoracisque structura ab *impressa* discedit: iisdem notis nec non villositate grisea copiose cum nigra commixta, qua scutellum etiam dense obtectum, elytrorum nigredine illud circa angustiore, serie postica e punctis duobus conflata a *scutellata* Roshn. abscedit.

Plura in coll. Dejean, quaedam in coll. Bauduer ex Oran vidi, Tingitanae regionis quoque incola; spec. demum utpote in Liguria collectum olim mihi traditum.

Mylabris crocata Billb. Hung., Ross. mer., Orenbourg Zubkoff, Volga Steven, 12-punctata Tausch., Sibiria Gebler = *M. lutea* Pall., *crocata* Pall. Mars. Accedunt hungaricae varietates elytrorum maculis seriei mediae vel posticae majoribus, confluentibus: minus matura autennis tibiis tarsisque piceis variat.

Et in Aquitania circa Sos a D. Bauduer inventa.

M. 10-punctata Fabr. Ross. mer., Caucaso Godet et Mannerheim, Persia occ. Fald., Hisp. = *M. ead.* Species et in Italia, meridionali praesertim obvia; olim utpote e Gallia mer. Truqui a D. D'Aumont accepit.

Ead., *bisquinquepunctata* Friv. Hung. = *M. ead.* var. *Fortimaculata* Muls. etiam in Pedemontio rarius, in Aprutio frequentior elytris plerumque laete aurantiacis vel luteis, antennarum aliquando articulis mediis vel etiam apicalibus piceis vel brunneis; seriei anterioris punctis prorsus transverse positis solummodo distincta.

Ead. Hisp. = *M. scutellata* Rsh. Praeter Dejeanianaee collectionis specimina, plura in R. Bruxellensis Musaei coll. a D. Van Volxem circa Puerto Santa-Maria reperta inspicere fas fuit, auctoris descriptioni proxime consona, elytris ut in *10-punctata* quinque maculatis, punctis interioribus a sutura paulo magis discretis, basi atque circa scutellum triangulariter nigris, hoc glabro. Corpore autem postice haud vel vix ampliato habitu *12-punctatae* proximior, cui etiam antennarum structura propius accedit, hisce apice interdum brunneis. Variat elytrorum macula subapicali nonnunquam oblitterata, vel angulo apicali subtiliter fusco limbato.

Corporis veruntamen statura sesqui majore, ejus forma atque sculptura sat longe a *variante*, cui in Catalogis subjuncta, meo iudicio abscedit.

M. sibirica Gebl. Sib. Germ. Gebl. Besser = *M. ead.* Fisch.

Ead. var. *geminata* Gebl. Sibiria = *M. geminata* Fabr. var. statura minima.

Mylabris varians Dej. Hispania = *M. ead.* Gyll. plures varietates.

M. geminata Fabr. Gall. mer., Hisp., Ross. mer. Mannerh., Persia occid. Fald., Syria Latreille, *calida* var. Gebler Sibiria = *M. ead.* Fabr. et multiplices varietates.

Ead. var. *grisescens* Sch. Ross. mer. Mannerh., *melanura* Stev. Tauria = *M. impar* Thunb.

Ead., *Besseri* Mannh. Ross. mer. = *M. sibiricae* var. potius videtur, parvulum atque, uti videtur, male explicatum spec. thorace obsoletissime punctato, elytrorum seriei primae macula communi suturam secus scutellum usque producta, extima oblonga basin versus proficiente: seriei posticae maculis haud connatis, lunulam flavam antrorsum haud occludentibus uti haud raro et in genuina *sibirica* accedit.

Ead. var. Hisp. = *M. varians* Gyll. minor, elytror. praesertim punctura subtilissima obsoletaque huc absque dubio referenda.

Ead. var. *centropunctata* Esch. Ross. mer. = *M. ead.* sat distincta varietas elytrorum maculis in serie anteriore majoribus, fascia media extrorsum abbreviata, medio in duas disrupta vel tenuissima linea colligata, interiore suturae contigua, communi.

Hinc illinc praeterea commixta spec. e Gall. mer. atque Hisp., paenes nos rarius, elytris immaculatis, vel solo puncto antico interiore vel solummodo duobus posticis minutis conspicuis.

Frequentior superiore Italia varietas nigredine maxime suffusa, *floralis* minoribus e var. *Dahlii* facie simillima, basi autem ante humeros semper testacea, caeteroquin thoracis sculptura subtiliore, lineola media anteriore elevata nec non elytris parcus, minus subtiliter rugosis singillatim distinguenda, quibusdam enimvero elytrorum apicalis limbus extimus infuscatus.

M. Dejeanii Sch. Hisp. = *M. ead.* Ultimum in serie spec. additum ex Arabia, nom. *Dejeanii* a D. Mannerheim inscriptum ad *impressam* Chevr. spectat, statura pro specie minimum. Africa boreali, Algiria praesertim valde diffusa species, tum statura interdum variat fere ut in memorato arabico parvula, alias maxima, *M. Amori* subaequali, cuius ind. utpote ex Hispania relatum, maculis elytrorum minute punctiformibus olim accepi.

Sicula varietas huc quoque referenda, *stillata* m., pro n. sp. a D. Ragusa missa, corpore breviore latioreque praesertim insignis, statura mediocri, thorace relative breviore, dorso magis inaequali, elytris minus nitidis, subopacis, subtilius punctulatis ac rugosis, se-

rierum punctis minutis, in media nullis, anterioribus modo interno deficiente, posterioris modo externo nullo ¹¹).

Mylabris externe punctata Fald. Persia occid. Falderm. = *M. ead.* et ex Anatolia in D. Oberthür collectione.

M. unicolor Fald. Persia occid. Faldermann = *M. ead.* var. minor, capite thoraceque parce obsoleteque punctatis, ei identica quam D. Marseul describit. Statura majorem, capite thoraceque distinctius, sat crebre punctatis, caeteris congruum e Persia hoc nom. D. Faust misit.

Hae insuper *Mylabrum* species in coll. italicis, mea praesertim, prostant.

M. tricinctula Redt. e Persia.

M. damascena Reiche Jericho a D. Oberthür.

M. jugatoria Reiche Algiria et Asia min.

M. Husseinii Redt. Asia min. Truqui.

M. sobrina Graëlls Hisp. nonnumquam macula elytrorum terminali ante lunulam apicalem discissa.

M. sinuata Kl. Cypro plane distincta mea sententia species, statura plerumque media, elongata, cylindrica; ejus minoribus *geminatae* quibusdam proximis, antennis vero multo longioribus (interdum apice brunneis) thorace fortius punctato, elytris multo densius punctato-granulosis distincta, ab affinibus praecipue elytrorum fascia media fortiter bis angulose flexa.

M. batnensis Mars. cui proxime accedit, antennarum structura conformis.

M. Allardi Mars. ant. distinete 11-articulatis, ambo ex Algiria.

M. Klugii Redt. Aegypto a DD. Bauduer et Faust.

M. fulgorita Reiche Aegypto plura a D. Piccioli humaniter donata.

M. Hemprichii Kl. Algiria a D. Reitter.

M. Pallasii Gebl. Turcomannia a D. Faust.

¹¹) *M. impressae* proxime in methodo collocanda *M. hirtipennis* Raffr.

Eandem inter et *externe punctatum* locum obtinet *M. 6-notata* Redt. e Syria in coll. Bauduer, cuius unicum spec. variat elytris maculis posterioribus majoribus signatis, duobus praeterea paulo pone medium, externa majore margini contigua, interna minore a sutura remota: thoracis attamen antennarumque structura equidem a *geminata* distincta.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Deutsche Entomologische Zeitschrift
\(Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche
Entomologische Zeitschrift in Vereinigung\)](#)

Jahr/Year: 1878

Band/Volume: [22_1878](#)

Autor(en)/Author(s): Selve Flaminio Baudi a

Artikel/Article: [Europaeae et circummediterraneae Faunae
Heteromerum specierum. 337-376](#)